

Laurentio Natali primario nostri Collegij Medico. Videbatur primo loco posse sperari salutem ex predicto dolore circa predictas manus, quia sicuti in morborum vicissitudinibus tum ad perniciem cum ad iudicationem pro morborum, & locorum affectorum differentia, que in morbos leuiores, & partes ignobiliores transiunt, haec salutares meritò censentur, que verò in grauiores affectus, ac loca præstanti, perniciose eadem est abscessum ratio, ex quibus, et si omnium optimi iudicentur qui longissimi ab affecto loco, & in partes ignobiliores erumpunt, ad text. ex 2. Epidem. In predictis tamen manibus non erat spernendus predictus abscessus: tum cum partes essent ignobiles, remota à morbo, & infirmæ ante morbum, ibique abscessus esset firmandus, et ad text. 3. ex 4 Aphorism. sed hoc difficultas tollebatur, quia febris tenet, qua manente, abscessus orti mali seper aliqui pronunciant, & materia copiam, aut feritatem ostendunt: propter copiam enim humores qui contineri non possunt, transmittuntur, aut diuiduntur, aut incremente affectione, plures occupant locos, per ea, que dixit Glos. ad text. 25. Comment. 3. Prior Prorrhet. propter feritatem vero, qua partes solidas stimulant, ab una parte in aliam transfluunt, interdum quidem in principem; interdum vero in non principem, maxime per morborum principia. Hac ergo ratione veniebant dannandi predicti dolores in predictis manibus, in predicta pessima Angina erumpentes, predicta febre tenente. Sed videbatur tolli difficultas ex his, qua tertia die acciderunt, nam moderata facta fuit strangulatio, & febris remissa: & sic à musculis laryngis fluxionis translatione ad predictas manus utiliter factam esse putandum erat: quia strangulatus periculo vindicabatur ager, eum febris remissione. Sed tollebatur hoc difficultas, qua maxillarum rubor superuenerat: signum eius dentissimum translationis materia ad superas partes, quam manifestissime declarauit predictus dentium stridor, qui conulsionis predictæ signum erat, sanguine in caput iam confluo, quem maxillarum rubor indicabat. Amplius etsi artificium Medici intercessisset, sanguine bis extracto, non tamen respondebat morbi magnitudini: unde predicta strangulationis remissio, qua tertia die facta est, & febris moderatio erant indicia imminentis permutacionis: ita enim fit, cum sit morbus ex morbo, ut remittente prio-

ri, posterior succrescat, ad text. Quibus in febribus dolores lateris sunt, ijs alio multa aquosa bile permixta deicient, remissio est. Quibus vero fastidia cibi accedunt, & sudores cum bono faciei colori & liquida alio, ac dolore cordis, hi peripneumonicorum, aut pulmonariorum intereunt, postea quam longius agrotaverint, hucusque textus. De quo nos alibi diximus, & pro nunc casus est in pleuritide à malitiosa, & copiosa materia pen 14 dente, qua propter predictas causas facile in predictam pulmoniam permittatur, quia ob copiam, & malitiam contineri nequiens, in pulmones peruenit, & in peripneumoniam acutissimum morbum permutatur, eamque substituit. Domini, multum prudentes debent es 15 se Medici, et & cauti, cum morbum aliquem grauem plus solito, & absque ratione vident remittere: infidus enim est, & fallax, permutationemque incipit refor midare: stemus in exemplo pleuritidis, supra apportati, predicta pleuritis, de qua in supradicto textu Hippocrates, malitiosissima est: (Nota enim, & vulgaria 16 prætermittit Hippocrates, ignota, & rara in singulis morbis, & signis opere præditionum completitur:) à copiosa, & malitiosa materia bile, & sanguine crudiori, conuersa fuit pars muteris crudioris, qualis est aqua, pauca bile intincta, remisit pleuritis, levatusque est ager, at suspecta, fallaci, & insida remissio, quia plus solito, & magnitudini morbi, quam conueniebat, remisit: meritò ergo permutatio in peripneumoniam facta est, succendentibus eiusdem symptomatis cum pravis signis, qualia sunt sudores, 17 qui in plurali numero apud Hippocrate significant symptomaticos à tenuis humiditatis copia, aut recteticis facultatis imbecillitate. Rubor maxillarum, pulmo ne finflamato, & ex calido humore multis vaporibus in caput elatis. Inappeten tia, (vicinis, & communibus coaffectis corde, hepate & ventriculo) et meritò prædicta inappetentia. seu cibi fastidium, aliud liquida, & dolor cordis successerint. Exemplificemus, in casu nostro, stra gulationis remissio, qua tertia die facta est & febris moderatio erant manifestissima indicia imminentis permutacionis: Ita enim fieri solet, ut cum morbus sit ex morbo, ut remittente priore plus solito posterior succrescat: & supradicta Angina remisit plus solito, & plusquam eius magnitudinem deceret, & hoc infra magis patebit. Huc tendit text. ex Aphorismis.

rismis. Quæ cum prauis signis alleuantur, aut cum salutaribus nihil remittunt, vel lethalia sunt, vel difficilis iudicij. Alleuari autem cum prauis signis idem potest esse, quod sine signis nimirum coctionis, excretionis materiae, aut resolutio-  
nis à natura, vel artificio Medici: aut si horum quidem aliquid antecesserit, non tamen respondeat morbi magnitudini, vt supra dictum est. Quæ autem sic remittuntur, & aut in grauiores morbos permuntantur, aut renertuntur, vel in ytrunque, ad text. In Thaso decubentem iuxta fri-  
gidam. s. (Sezagesima tusses quidem sine signo defecerunt.) Neque enim aliqua spu-  
torum concoctio siebat, neque aliis con-  
suetus abscessus: Maxilla autem dextra diuulsa est, comatoso, deliravit rursus, &c.

Nulla concoctio sputorum manifesta facta erat in predicta agra, vt cocta, & expurgata materia, solueretur tussis. neque aliis consuetus abscessus per emissio-  
nem, vt expurgatio ex utero, quæ maxi-  
mè omnium erat huic experenda, aut co-  
ax dolor, denuò factus, aut tumor aliquis circa genitalia, quæ eti si minus bona, solent tamen etiam ex tussi fieri, dictum merito tussim defecisse sine signo, vt merito maxilla dextra diuulsa sit, quia quæ plus solito, vel sine signis remittunt, vel malignis redeunt, aut in alias grauiores passiones permuntantur, velut in predicta agra, & in supradicta pleuritide. Exem-  
plum vtriusque est in nostra agra, in qua  
à predicta Angina & in convulsionē per-  
mutatio facta fuit, rara quidem, & insolu-  
ita, & à me ad hanc usque tempora semel tantum visa. Malignior reditus, qui fuit, quia rediit supradicta suffocatio. Quod quidem nascebatur, quia copiosa, & ma-  
litiosa erat materia, quod ex eventu co-  
gnitum fuit, quia existens copiosa, faci-  
lè transmittebatur, diuidebatur, & incre-  
scente affectione, plures occupauit locos.  
24 Liuor verò quanti & momenti sit, dixit Hippocrates in Prognost. Si digitæ, ac pedes omnino nigrescant, minus pestiferi sunt, quam si liueant. Quod signum tanti faciendum esse ego suadeo, vt cum appar-  
et, nihil faciant reliqui eorum, que ad moriendum sint, necessaria, quin citra moram edicatis postrema, tametsi agronus, vel parentes aliter cogitet, vel cogitent, quia in proximo esse iam mortem, expe-  
rimento didici, & exemplo est Anginosa nostra. Limita tamen, nisi à sola inten-  
tione spiritus vitalis, & caloris influentis, qui propter paucitatem, & ad interiora

recessum, diffundi in membra non potest, vt in syncope, immodicis quibusdam eu-  
cationibus. Limita secundò, si in rigore accidat, & quibusdam accessionibus. Li-  
mita tertio, nisi in febribus diuturnis, quia ex his periculum, non tamen propria quum exitium præsagitur, per ea, quæ di-  
xerunt Doctores ad textū allegatum ex  
25 prædicto Prognost. secus est & in acutis febribus, & grauibus morbis, diutius perseuerans, a caloris vitalis extinctione or-  
26 tum habens. Contrahitur & autem liuor hoc modo, Calor igneus floridiorem, ac spiritu lucidiorem sanguinis partem ex-  
haurit, terrenā verò, concretamque exu-  
rit, & subtrahit humidum, quod caloris insiti subiectum est. Manet ergo pars, vel nigra, vel liuida, quia à vitali calore actu  
vitæ non amplius recipit: nā vbi sanguis crassus, & concretus in exteriorē cutim peruererit, eam liuore, si modicus sit: sin plurimus, nigrore decolorat, aut etiam sine sanguine liuescit, Aristotele scribēte; frigus quoque tenuiore sanguinis par-  
tem exprimendo, nigrorem inducit, & ca-  
27 lorem natuum extinguit: atque hic & ni-  
gror mortalis est, etiam, vt liuor: Qui verò inducitur per humorum decubitum, si inde leuius ager habeat, criticum ab-  
cessum portendit, qui aegrum quidem mortis periculo vindicabit, sed corrup-  
ta parte, in quum abscesserit, ad text. ex  
28 Prognost. Liuor autem & precipue, ac primò appetet in facie palpebris, yngui-  
bus, digitis, & pedibus: tum quia à caloris fonte longo interuallo disunctæ sunt partes: tum quia arteriæ, & vene multæ ibi finiuntur, per ea, quæ dixit Hippocra-  
tes ad libell. de nat. fetus. Et tandem pre-  
dictus liuor per totum corpus se prodit.

- S V M M A R I V M
- In febre ardente mascula in uniuersum corpus primo sepienario solent moueri.* & nu. 12.
  - Medici, cum nihil nimis urget, legitime prosequantur curationes, secus organo-  
ti gratia.*
  - Natura Medicum multoties imitatur.*
  - Natura aliquando morbos magnos præ-  
postere curat.*
  - Natura, organica mota, abscessum ad-  
cutim tentat.*
  - Morbi, evacuatione, vel abscessus iusto, in-  
dicantur.*
  - Macula quid sint.* & nu. 9.
  - Macularum materia varia.*
  - Macula sunt naturæ expiante imas cor-  
poris*

- poris partes.  
 10 Macularum motus est adiuuandus.  
 11 Maculis apparentibus, visi sunt agri me-  
 lius habuisse.  
 12 Macula primo septenario motæ, graues  
 sunt. & nu. 19.  
 13 Morborum initio nihil bene iudicari po-  
 test, sed contra nu. 20.  
 14 Iudicatio in melius ne flatim appareat.  
 15 Macula subfidentes in altas partes im-  
 petum faciunt.  
 16 Maculis euanecentibus, delirio cum  
 vrinis prauis superueniente, mors.  
 17 Maculis euanecentibus, caput sapissi-  
 mè afficitur: licet & alia viscera pos-  
 sint affici.  
 18 Signa siue bona, siue mala, firmitatem  
 accipiunt à diebus fatalibus, & ibi am-  
 plia, & limita, & sublimita.  
 19 Macula primo septenario ortæ graues,  
 & quando mortales, & quando diffi-  
 cultis iudicij.  
 20 Natura utiliter aliquando agit crudio  
 morbo, sed non perfectè.  
 21 Macula nō ieper ope natura excluditur  
 22 Natura motus quando sit adiuuandus.

## A R G U M E N T V M .

Macule, velut morsus culicum in febre acu-  
 ta primis diebus apparentes, & fatali  
 aliquo die delitescetes mortales.

## D E C I S I O XXXIV.

**S**imoni Autumni initio in febre ardē-  
 te macula per t' vniuersum corpus,  
 quasi esset morsus à culicibus, primo sep-  
 tenario motæ, & præsertim in quinta die  
 Videbatur primò esse salutares, nam, ve-  
 lut Medici, cum nihil nimis t' vrget, legi-  
 timè prosequuntur curationes, studentes  
 concoctioni primam, deinde incisioni, &  
 apertioni, ultimo euacuationi. Verum  
 aliquando vrgentia cuiuspiā gratia om-  
 nia pernvertunt, auxilium, quod ex cura-  
 tione legitima non expectant, se posse cō-  
 sequi illegitima procurantes, ita natura  
 3 cum nihil plurimum irritat, & ordinem  
 sibi familiarem retinet, retinendi primū,  
 & coquendi, secernendi deinde, & expel-  
 lendi, cum verò irritationem, quæ mul-  
 titudine, aut qualitate fit, non potest fu-  
 sinere, euacuat antequā coquat, quæ eu-  
 acuationes bonæ causæ aliquando cū sint,  
 4 euenit aliquando in robustis & morbos ét  
 magnos, ab ipsa natura curari, præposse  
 ro ordine, antequam coqueret: quo casu  
 minuitur febris, & propria eius sympto-  
 mata, ad tex. nunc allegandum. In abde-  
 ris Periclem. 3. Epidem. sect. 3. vbi Docto-  
 res, & eadem est ratio in casu nostro, in

quo natura vrgentia mota irritationē hō  
 5 potes sustinere, tabescens ad cutim tētā  
 cū non minus morbi vacuatione, quam  
 6 abscessu, iusto possint & iudicari ad text.  
 febres ardētes sanguine fluēte è naribus,  
 & sudore iudicātur, vrina vitrea, quæque  
 optimū sedimentū habeat, & abscessu iu-  
 sto. Secundò à natura earūdem macularū:  
 7 nam quid aliud sunt, quam & eruptiones  
 quædā prauorum humorū, ad cutē factæ  
 à natura, profundas expurgante; etenim  
 tum natura conatur expurgare altas cor-  
 poris partes à prauis humoribus, alterū  
 genus duorum humorū inuenit, vel sub-  
 tiles, vel crassos: vbi subtile inuenit, at-  
 tenuat eos magis atque ita per occultos  
 cutis, & corporis meatus dissipat: vbi au-  
 tē inuenit humores crassos, & lento, eos  
 ad cutim deponit: vbi deinde depositi,  
 8 variz sunt macula, si materia sit & ca-  
 lida, sunt macula arcta, & angusta: si  
 materia fuerit frigida, sunt lata maculae:  
 si materia fuerit minus viscida, sunt ma-  
 culæ, quæ sunt, neq; admodū lata, neque  
 elevata per ea, quæ dixit Glofa ad text.  
 30 6. Epidem. Cōment. 2. Cum ergo siant  
 à natura profundas corporis partes ex-  
 9 purgante & quid malii dubitari potest: ni-  
 si sperandū aliquod bonū. Tertiò diceba-  
 tur, quod salutaris erat huiusmodi eru-  
 p̄tio, ex modo operandi à practicantibus  
 Doctoribus, qui in isto casu optimum te-  
 nuere auxiliū adiuuare natura motū ad  
 10 ipsam entim: & licet aliqui cucurbitula-  
 rum administratione, alij purgantibus  
 medicamentis, alij hoc agi debere sectio-  
 ne venæ, dixerunt, sufficit nobis quod mo-  
 tus iste ad cutim sit à natura factus, & à  
 Medicis adiuuetur, signū evidentissimū,  
 11 quod profignus sit, & utilis. Quartò, &  
 quia agrotus noster ab huiusmodi appa-  
 ratione visus fuit melius habuisse, vt ali-  
 quādo interim febris videretur solui: præ-  
 fertim per totā quintā diem, & sextam.  
 His tamē nō obstantibus determinadū  
 est contrariū in isto casu. Primo quia me-  
 moria Patrū nostrorū, & nostra in macu-  
 lis prædictis hæc fuerunt obseruata pri-  
 12 mo septenario ortas, & graues admodū  
 esse. Secundò, quia sequuntur naturæ cona-  
 13 tu irritū per morbi præcipia, & in quibus  
 nihil bene iudicari potest. Tertio quia,  
 14 quæ iudicāt in melius, ne & statim appa-  
 reat, ad text. 9. 2. Epidem. sect. 1. Et certè  
 rarò benè agitur cū agroto, cui cito, aut  
 quæ decretoriæ solent esse euacuationes,  
 vel abscessus apparēt, per ea, quæ dixerūt  
 Doct. ad text. 37. Nicolai concubinæ, 7.  
 Epidem. tanto enim major irritatio, &

Naturæ impotentia significatur, per ea, quæ dixerunt Doctores ad text. prædi. Etum & ex Epidem. Quartò, quia, ut factæ ante tempus subsederunt die septima si- ne signo, hoc est, nullo relicto vestigio, 15 clariss, evanuerunt repente, & in al- tas partes impetum fecerunt: hoc enim proprium est evanescentiarum, per ea, quæ dixit Closa ad text. 78. Comment. 3. Prior. & rorhet. Dolores absque iudica- tione soluti, versic. (Repente verò oc- cultari) vnde interna grauius fuerunt af- festa, quibus stantibus est text. in Pro- gnost. si verò abscessus evanescunt, atque recurrunt, sputo non procedente, ac fe- bre non dimittente, malum est: pericli- tatur enim homo delirare, atque mori- hucusq; textus, vt in prædicto ægro, in 16 quo à prædicta evanescencia deliriū in lingua arida obortum cum vrinis prauis & quibus decimæ tertia mortuus. Nō est negandum, quod ex huiusmodi evanescen- tia varia viscera possunt affici, sèpissimè 17 caput afficitur: t vidimus aliquando in pulmones receptos prædictos humores, ad ægri interitum: nam deliria inuaserunt propter calorem, ac fæliginis copiam, vel cerebri sympathiâ cum affecto pulmone, & spiritum difficulter trahentes, maxi- mè vidimus parotidibus evanescentibus febre manente, & quibus angina quoque vel cataphora. vel strangulatus insequi solet, omnia etiam mortalia signa, die- bus fatalibus facta, firmiorem facere si- 18 gnificationem, quam alijs, & ac proinde perniciose esse, iā diximus alibi ad Cō- clusionem lapius allegatam medicinalē, Signorum omnium, siue bona, siue mala fint, firmitatem, ac fiduciam ex diei fa- talis ratione, & eius, quod factum est, cō- stantia haberi, quod naturæ rectè agen- tis motus illi tantum diebus conspicuè eluceat, & certamen contra morbum instituantur ad salutem, vel perniciem. Amplia primo casum ad tumores in ul- ceribus, repente evanescentes, ad text. ex Aphorismis. Quibus cum ulceribus tu- mores sunt conspicui, ij non admodum conuelluntur, nec infaniunt: quibus verò repente evanuerint, siquidem id po- stica parte factum sit, conuulsiones, & te- tani accidenti: si verò à fronte, infania, lateris dolor acutus, empyema, & dysen- teria: si rubicundi fuerint humores: om- nem enim abscessum detemescere aliter, quā m resolutione, prauum est, ad conclu- sionem medicinalem. Limitando tamen prædictam conclusionem, nisi alio extur- bata, aut vrinis humores prædicti abscō

diti exturbentur, vt nos in Decisionibus de Parotidibus dicemus. Amplia secundò ad dolores, & tumores in lingua in Angi- na, sine signo disparentes: nam pernicio- fissimi sunt, & in casu prædicto mortales: cùm prædicta Angina perniciosissimus sit affectus suapte natura, & excepta pe- ste & apoplexia, omnium morborū acu- tissimam, & pulmoniam morbum acutissi- sum in suum locum substituat.

Sublimita tamen primò supradictam doloris occultationē per materia trânsla- tionem in caput non esse mortalem, in alio leviori affectu, in quo natura robu- stior inuenta, vel facta, humoris impetu, ferociamq; interdum comprimit, & per hamorrhagiam, parotidas, aut alium ab- scessum, vel excretionem se se exonerat, per ea, quæ dixit Glosa ad text. 8. Com- ment. 3. Prior. Prorrheth. & est textus bo- nus. Dolores ad hypochondria in febre, ægro quidē impotente sermonis, citra su- dorem soluti, malū. His in coxas dolores transeunt. Hucusque textus.

Sublimita secundò: nam aliquando de- litrium ista subita doloris occultatio de- suntiat, vt superueniente phrenitide, ad text. ex Prorrheth. Lateris, dolor ex sputis biliosis citra rationem solitus, infaniam mouet, vel partis affectus & mortificationē, vt in sphacelismo: vel summam virium imbecillitatem, & naturæ extinctionem, ad text. 18. 6. Epidem. sect. 7 Spirations obseuras in tabidis, & sterilibus, malas, vbi Glosa, omniū veluti exemplum, præ- clarè docet, simulquè monet ex pulsu cō- firmandū iudicium, hoc modo, sèpe ægro tum quispiam adjit, eiusque magnam, ac frequentem spirationē vedit: Paulò post verò iterum ad eum ingressius, eum sine vilo signo, & villa, quam animo concipere posuit, causa alleuatum cōperit cum par- ua respiratione. Plerique autem latitatur, ac putant se morbo liberatos, quia diffi- cilis spirationis facta sit mutatio. At qui verè Medicus est, pulsum attingit, eum- què & exilem, & inæqualem inuenit, ma- gnamquè subesse malum pronuntiat. Nō enim immixta est respiratio quod mor- bus soluat, sed quia vires fractæ mor- bum iam ferre non possunt. hucusq; Glo- sa.

Domi- 19 bre maculæ & primis diebus ortæ, male- què agitur cum ægroto, cui citò apparèt huiusmodi macula; nam quæ iudicant in melius, non statim debent apparere, ta- lia autem difficilis iudicationis ponuntur ab Hippocrate, cum febris non augetur, et si

et si non minuatur: nec noua se proferunt symptomata. Mortalia in nostro casu, nam citò apparentes, fatali die ut puta septima euauerunt; (dies enim fidem praefat) febre ingrauescente, auctis que, & de nouo alijs emergentibus symptomatis, vrinae prauae factæ sunt, & lingua torrida, sicibunda cum delirio, ut non im meritò die decimatertia mortuus fuerit.

Non obstant in contrarium adducta, & primò non obstat primum: nam concedimus aliquando naturam & utiliter agere, crudo morbo, excernendo, vel abscessum tentando, quod non est in nostro casu. Nec minus videtur obstatre illud, quod dicebatur quod maculae extrudantur vi naturæ aliquando, & in hoc casu bene potest agi cum ægrototo, at id non semper accidit, cum sapissimè ebullientibus sucis ob malignam putrescentiam, erumpant eiufnodi maculae, ut in nostro casu. Nec tandem refragatur Doctorum praticantium consuetudo, qui in huiusmodi casu cooperantur in adituando huiusmodi motu: nam tunc rectè videtur face re, cum prædictæ maculae vi naturæ eruunt, & non autem ob malignam ebullitionem, ut in casu prædicto. Et hæc breuiter de ista decisione.

## S V M M V R I V M .

- 1 A. puerperio abortiuo febris ardentissima, & de xtri oculi distorsio.
- 2 Oculi distorsio, vel ab abortiuo puerperio, vel ante collecto vitio.
- 3 Translatio ex lumbis ad caput facillima est.
- 4 Cerebri oppressio ex nullo alio signo, facilius, quam ex lefis oculis deprehenditur.
- 5 Macula per vniuersum corpus decima die possunt apparere in oculi peruersione, à quibus comatosi possunt fieri ægri.
- 6 Maculae permanentes videntur salutares, sed contra videnu. 12.
- 7 Abscessus in partibus extimis vituperantur.
- 8 Somnus est remedium febris ardentis.
- 9 Somnus obi utilissimus.
- 10 Conferentia est optimum signum exercitacionis, vel abscessus.
- 11 Macula rubea videntur salutares.
- 12 Maculae permanentes sunt de habenti bus germen.
- 13 Text. 69. Comment. 3. Prior. Prorrhet. explicatio.

- 14 Febris remissio quando infida.
- 15 Somnus in internis inflammationibus periculosus.
- 16 Signis pernicioſis antecedentibus, & per feuerantibus, excretiones mortales.
- 17 Signis pernicioſis subsequentibus, nulla excretio, & nullus abscessus salutarius. & nu. 20.
- 18 Dies decima assimilatur sexto diti.
- 19 Decisiones Auctoris perpetuas ut valent, & durent, sunt conflatae.
- 20 Macula quando mortales.

## A R G U M E N T V M .

Maculis, veluti mortibus culicis, permanentibus in febre, quando locus morti.

## D E C I S I O XXXV.

**M** Vlier quædam ab abortiuo trium mensium puerperio, febre ardentissima correpta, in sexta die deætro & oculo distorta est, in quo ego vocatus fui: nam primis diebus à quodam iuuenie ex nostra Academia curabatur, non constabat mihi, an malè purgata muliere à prædicto abortiuo puerperio, an ante & te & collecto vitio, aliquid recurrerit è lumbis in caput: vnde prædictum symptomata: ex lumbis enim humorum redundantium raptus facillimus & est ad caput ad text. 35. Comment. 2. Prior prorrhet. Ex lumborum recurso oculi peruersio, malum. & in hac humorum translatione cerebri oppressio non ex & alio signo facilius, aut citius, quam ex laeso oculorum motu deprehenditur, quoniam cerebri iniurias primi ferè omniam persentiscunt, ac præferunt oculi propter vicinitatem, & communionem, quam cù ipso habent, ut diximus alibi, & decima die maculae per vniuersum corpus eruperunt, velut morsus culicum, permanente prædicto symptomate, à quibus & comatoso fuit facta cum febris remissione. In consultatione positi, dicebatur, mulierem posse saluari ex quatuor capitibus. 6 Primò & ex permanentia prædictarum macularum: nam in abscessibus hoc est illud, quod desideratur, permanentia ad intellectum, text. 68. ex Prognost. (Si vero recurrat abscessus) quia ex permanentia naturæ dominatus supra morbificam causam colligitur: hinc abscessus in partibus corporis extimis & vituperantur, & metuuntur, quia pars extima materiae morbificam excipere haud potest totam,

& sic refluit, quod non recipitur, & sa-  
pius in caput transfertur, & phrenitidē  
aliaq, grauissima symptomata inuehit,  
vt accidit Misello Critoni, Comment. 3.  
in 1. Epidem. Hippocrate curante. Secun-  
dò videbatur saluari posse & ex somno,  
qui pro remedio febris ardentis habetur  
& meritò, nam humectat, refrigerat, &  
spiritus reficit, & multa alia commoda,  
vis inflammationis remissio, cerebri in-  
temperiei correptio, & humorum miti-  
ficatio, per ea, quæ dixerunt Domini Do-  
ctores ad text. Vbi somnus delirium se-  
dat, bonum: Tanto fortius dicebatur,  
quod utilissimus somnus internoscitur  
ex natura & morbi, quia in materia bi-  
liosa cerebri calida, & sicca intemperie  
in febre ardente metum conuulsionis adi-  
mit, atq; phrenitidis, spiritus instaurat,  
mediocriter humectat, & refrigerat, ma-  
teriam coquit crudam, spiritus flatule-  
tos in capite discutit, quomodo in ebris  
capitem doloris soluit, & tandem ab eu-  
tu, Glosa enim testatur, se vidisse adiutos  
plurimū, qui cùm tribus, & quatuor die-  
bus vigilassent, dormissent postea diem  
integrum, & noctem, & Ego habui seruū  
quendam quindecim annorum, grauissi-  
mo morbo detentum, hoc somno libera-  
tum: pueris quandoquidem id interdum  
accidit, vt duos dies integros salutari-  
ter dormiant. Tertiò videbatur saluari  
ex remissione febris ad prædictum som-  
num, & prædictam permanentiam macu-  
larum, quia hoc est vnum ex optimis si-  
gnis, ab excretione, vel abscessu, Confe-  
rentia, & quæ maior dici potest febris  
remissione, ad text. 95. Maturi in morbis  
abscessus ex 4. Epidem. Quartò tandem  
videbatur saluari propter animum, quæ  
dabat color rubeus prædictarum & ma-  
cularum, ad intellectum text. 30. Indicia,  
titillatio, dolor. versic. (& sanguis) ad  
librum de Alimento, vbi Vallesius verū.  
Nos certè significationem harum macu-  
larum (non sine magno totius Hispaniae  
malo) paucis interiectis lineis: (Grassa-  
tum enim est multis diebus in homines  
id malum, quod nostri Hispani nouato  
(arbitror) nomine, Tabardillo cuperunt  
appellare. Nascebantur febricitatibus,  
fere omnibus, maculae per cutem, alijs  
nigrae, liuidæ alijs, alijs tantum rubræ: à  
ruberis solum liberabantur: à liuidis, aut  
nigris duo tantum eorum, quos ego vi-  
di, seruati sunt, & parum infra, Maculae  
ergo timorem incutiebant, etiam rubræ:  
tamen color rubeus faciebat animum.  
hucusque Vallesius.

His cumen non obstantibus, nos con-  
clusimus, & determinauimus contrariū  
12 ex eisdemmet capitibus; Primo & ex præ-  
dicta permanentia prædictarum macula-  
rum: nam arguebamus esse de illis macu-  
lis, quæ germen habent intus, sic Hippo-  
crate loquente, & per consequens perni-  
ciosas, ad hoc facit & text. 66. Comment.  
3. Prior. Prorrhet. Ex volvulis, male o-  
lentibus cù febre acuta, hypochondriq; sublimi diutius perseverante, parotides  
exurgentes, perimunt, hucusque textus.  
Casus est in inflammatione tenuium in-  
testinorum peracuta, ac dolorifica, nihil  
permittéte deorsum descendere, Docto-  
res Latini (Ileon vocant) ab illo intesti-  
no, cui ea passio familiaris est, licet & in  
sublimibus intestinis, & in crassis terri-  
bilis ista passio oriri posset, per ea, quæ  
dixit Glosa ad text. Volvulus mulieris,  
3. Epidem. sect. 2. licet in sublimibus de-  
terior sit propter sympathiam tum hepatis,  
tum lienis: In hac misera conditione  
parotides exurgentes, occidunt, quia sub  
abscessus, ex his, quæ germen habent in-  
tus, per ea, quæ dixerunt Doctores ad  
eundem text. taliter quod prædicta per-  
manentia demonstrat, maculas prædictas  
ex his esse, quas germen habere intus,  
scribit Hippocrates, ad text. 8. 6. Epidé.  
sect. 2. essequè portione materia praux,  
continuè generatæ, feruentis, ac putre-  
scentis, in partes extimas extrusam. Se-  
cundo & ex prædicto somno, & febris il-  
la remissione, quæ proueniebant defer-  
uente ardore: nā eo tempore omnia  
symptomata remittuntur: vires tamen  
relinquuntur multo imbecilliores cù pul-  
su frequenti, paruo, ac languido, & in-  
terdū crebra animi defectione. Amplius,  
14 omnis somnus in internis inflamatio-  
nibus grauioribus etiam initio, omnisq;  
febris refrigeratio, aut remissio, pericu-  
lova valde, sapissime mortalis: nec som-  
nus verè erat, sed coma, in quo caloris  
natiui dissipatio, quæ summa refrigera-  
tio est, non solum animi functiones tol-  
lebat, sed etiā statim ab initio prohibe-  
bat, ne spectra cerebri ad imaginatione  
mouerentur, quia calore ea motio per-  
ficitur, & potest facere textus, à nobis  
alibi apportatus, ex Prorrhet. Phreniti-  
cis alba deiection, malum, vbi Glosa, ver-  
sic. Nempè ignavia ex frigidis, crassisq;  
& glutinosis, & omnino moueri contu-  
macibus humoribus, & non ex calidis,  
tenuibusquè, & acribus, cuiusmodi est  
flava bilis, fieri consuetit, nisi ager mor-  
ti ita propinquus fuerit, vt ob extinc-  
tionem

# MEDICINALIVM MORBORVM.

93

nem virtutis iam conquiescat, nempè de  
fidia huiusmodi, non propter humorem,  
sed propter virtutis extinctionem, facta  
est: fieri autem nequit, vt qui ita desides  
facti sint, seruentur, hucusque Glosa: &  
tandem nihil prohibet, cum maculis ru-  
beis mori ægrum.

Concludamus, casum talem mortalē  
omnino esse, ultra supra apportata, est  
16 Conclusio medicinalis. Signis † antecedentibus pernicioſis, illisquæ perseverantibus, excretiones subsequentes, mortales, & eadem est ratio excretionis, & abscessus, cum pari lege ambulent, prout nos alibi diximus. Et in prædicta nostra  
ægra ad apparitionem prædictarum ma-  
cularum, oculi peruersio prædicta perse-  
verauit, secundò vrinæ factæ sunt dete-  
riores, & pernicioſiores: vnde necessaria  
mors, ad alteram conclusionem medici-  
nalem, Signis pernicioſis subsequētibus,  
17 nulla excretio, † nullusque abscessus salu-  
taris: & ratio est in promptu, nam ad  
excretionem, vel abscessum salutares,  
confestim debent cessare omnia sympto-  
mata, vel saltem minui, & in nostra ægra  
nec cessavit prædictum symptoma, sed  
alia de nouo emergerunt, vt vrinæ factæ  
deteriores, torpor ille nō verus somnus,  
& caloris febrilis remissio, quæ testaban-  
tur calorem nativum ad extinctionē pro-  
perare. Tandem ex prædicta apparitione  
18 in decima † die, qui adsimilatur sexto  
diedi tyranno, & impio Regi, per ea, quæ  
dixit Glosa ad 1. Epidem. Comment. 3.  
& alibi. Ex quibus concludendum, vbi-  
cunque acciderit casus, quod signo per-  
nicioſo antecedente, vt est prædicta ocu-  
li distorsio, & tu amplia ad deliria, alia-  
que grauiæ appareant maculae, illoquè  
perseuerante, et si maculae permaneant,  
casus mortalis semper: nam ad hoc sunt  
19 directæ nostræ † Decisiones, perpetuæ  
valitæræ, & duraturæ, & ubique locorum.  
20 Confirmatur mortis † prælagium ex som-  
no falso credito, febris remissione, vrinæ  
pernicioſis, vt in Sileno, qui, macu-  
lis permanentibus, comatosus factus est,  
calore nativo ad extinctionem prope-  
rante, & tandem lingua superarida. Ad  
obiecta iam est responsum. Et hac bre-  
uiter dicta sint de ista Decisione.

## S V M M A R I V M .

<sup>1</sup> Caij Fabritij dictum.

<sup>2</sup> Dux eligendus, qui prudens sit.

<sup>3</sup> Numantinis, in fugam versis, quid iu-  
uenis quidam respondit.

- 4 Natura, sape vincens, aliquando suc-  
cumbit.
- 5 Naturæ succubentis nobile responsum.
- 6 In febre laboriosa si vel leviter mouea-  
tur ager, horret, & morsus quosam  
sentit.
- 7 In febre laboriosa oculus solet peruersti,  
& lassari.
- 8 In febre laboriosa in oculi peruerzione,  
ingrauescente rigor moueri solet.
- 9 Rigor quid sit.
- 10 Rigor superueniens, soluit febrem. &  
num. 13.
- 11 Icteria ante septimum soluit febrem  
biliosam.
- 12 Febris tremore soluitur. & ibi amplia.
- 13 Febris rigore soluitur.
- 14 Rigor in febre laboriosa quando morta-  
lis.
- 15 Morbo, vel crudo vel cum prauis signis  
vllum decretorium utiliter incidit. &  
num. 18. & 22.
- 16 Text. 13. Comment. 1. Prior. Prorrhet.  
explicatio.
- 17 Similia sunt naturalia: dissimilia hor-  
renda.
- 18 Signis prauis existentibus, nihil bene fie-  
ripotest.
- 19 Phrenitis quam partem cerebri expu-  
gnet.
- 20 Phreniti quæ familiaria sint.
- 21 Morbum acutum esse, quæ symptomata  
ta indicent.
- 22 Signis pernicioſis præcedentibus, nihil  
bene fieri potest.
- 23 Oculi lassatio terribilis est.
- 24 Rigor concusione, & refrigeratione cor-  
pus infirmum imbecillitat, & alia sym-  
ptomata inuehit.
- 25 Rigoris fallatis duo sunt effectus.
- 26 A rigore materia mota, in caput solet re-  
fluere.
- 27 In morbo acuto, eo aucto in graui sym-  
ptomate, rigor excitatus mortalis.
- 28 In phreniti de in vrinæ pernicioſis rigor  
excitatus, mortem in breui nuntiat. &  
ibi limita.
- 29 Rigor quando salutaris.

## A R G U M E N T V M .

A pernicioſis symptomatis præcedentibus,  
morbo ingrauescente rigor  
excitatus, mortalis.

## D E C I S I O XXXVI.

<sup>1</sup> Caius Fabritius, cum audisset † quod  
Epirotæ ad Libienum versus Roma-  
nos

nos viciſſent, à Pyrrho callidissimo Duce, Pyrrhus inquit, nō Ep irotæ vicerunt Romanos, ſentiens vnius Ducis calliditate, victoriam acceptam ferre oportere non militum multitudine: ad hunc modum Pausanias & Plistonacis filio percontanti, quo pacto poſſent debellari Traces: ſi, inquit, qui vir prudens eſt, eum Belli Ducem delegerimus: admonens plurimum ad victoriam momenti eſſe in Duce: quemadmodum in omni negotio, magna refert quales ſint quibus gerenda rei creditur auctoritas. Numantini, & cum à Scipione in fugam eſſent verſi, à Senatoribus caſtigati, quia, quem toties fuſgaffent, fugeſſent. Quemdam è junioribus dixiſſe fertur pecora quidem eadem ſunt, ſed mutatus eſt Pastor: vnde ſicut hoc pacto Romani nō minis ignominiam Fabritius eleuauit, qui cum Epyrotis eſſent virtute ſuperiores, hoc ſolo erant inferiores, quod non haberent Ducem Pyrrho ſimilem, ad hunc modum iuueniſ ille Numātinorum injuriā adiecit, qui cum eſſent Romanis virtute ſuperiores, ideo in illo Bello fugati, & à Romanis vieti, quod non habuiffent Ducem Scipione posteriore ſimilem. Natura, & quae toties fugauit morbus, rigoribus, ad text. vulgatum, (Quibus quotidie rigores fuſt, quotidie febres ſoluuntur) à morbo tam en in Dromēade in fugam verfa eſt eo 5 dem rigore, & celeriterquè mortua, in iudicium vocata natura, respondit eadem pecora, id est idem rigores, ſed non idem Pastor, id est non idem morbus, nec idem tempus, nec eadem ſymptomata: Pyrrhus, id est morbus inaltiosus, vel ſymptomata pernicioſa, antecedentia, & comitantia, non Epirotæ, id est rigores vice-runt, de quo caſu nos in hac Decisione: 6 In febre & laborioſa. N. in qua toro cor-pore laſſitudinem cum capitib, lumbo-rum, & cervicis dolore ſpontanea ſentiebat, à cacochymia pituitoſa, & bilioſa mixta, in qua ſi vel leuiter moueretur, horrebat, & per corpus morsus quodam percipiebat inſtar ulcerum, atque veluti spinis confixaum ſentiebat, motis humo-ribus per ſenſibilia corpora, oculi per-7 uerſione, & eiusdemquè oculi laſſatio in octaua die, quod non mirum, quia mate-ria redundans copia in praedicta cacochy-mia facillime diſfluuit, qua eti in multas partes, vel debiles, vel vicinas, in nobiles quaſi ſemper erumpit, vbi calore fe-brili turgens, minus reprimi potest. Inter quas in caput vniuerso corpori pa-tens, quaſi ſemper, à qua & oculi peruer-

fione cum eadem laſſatione, febre ingrauescente, rigor motus eſt. Fuit dubitatu-an rigor ille eſſet ſalutaris, & videbatur dicendum pro parte affirmativa: eſt & enim rigor ſuperueniens, ſignum criticū, ex quo p̄aemonstratur moliri aliquid na-turam: neque enim fruſtra calor nativus ita violenter agitat, quin turbationē in corpore faciens, naturā ad excernendū quod infestat, irritat, per ea, quae dixit Glosa ad text. 58. Commentar. 3. 10 Prior. Prorrhet. Secundò & dicebatur, rigores ſuperuenientes febri, eam ſoluere, ad text. 58. ex 4. Aphorism. Tertiò in febre & bilioſa ante septimum diem, morbum regium ſuperuenientem, ſoluere febrem, ad text. 81. ex 4 de ratione vicius 11 in acutis. Tandem & dicebamus, ſi febres tremore ſoluuntur, & quodlibet aliud pernicioſum ſympotoma, ad text. ex Aphorism. Ut vocis interceptio, qua tremore ſolui potest per trāſpoſitionem materię à cerebro, aut ab instrumentis vocalibus ad partes neruofas, manuum tremorem excitando, vel oris diſtortionem ad intellectum text. Pythion qui bubitabat iuxta Telluris templ. verſiculo (Septima os diſtorſum.) eſt tertio Epidemī ſect. 1. facta humoribus ad inferas partes mi-grantibus: ſi ergo tremore ſoluuntur febres, & quādam praua ſympotoma, cur 13 non poſiunt & eadem febres rigore ſolui? qui eſt validior ipſo tremore. His tamen 14 non obſtātibus & iudicauimus contrariū, diximusque rigorem praedictum in praedi-cta febre à praedicta oculi peruerſione, & delafſatione, eademquè febre ingraueſte, mortalem eſſe, ad conclusionem illā 15 medicinalem. Neque & crudo morbo, neque fractis viribus, neque cum prauis ſignis decretorium vltum utiſter ince-dere potest, & ad & text. 13. Comment. 1. Prior. Prorrhet. Phreniticis, alba de-iectio, malum, vt Archebrati: An & in his veterus fiat, rigor in his pefſimus hucusque teatutus. Praeſupponamus prius non fieri veteranum, tu dic ignauiam, ſe-gnitiem, vel torporem, quod pernicioſū ſympotoma eſt, phreniticū alba deſcere: nam eū illa ſit morbus calidissimus, & ſiccissimus, deiectiones bilioſiſiſmae eſſe debuerunt, hæc eaim, vt & bilioſa vesica excrementa, cum bilioſis hominibus, & bilioſis morbis familiaritatem habent, & cognitionem. Non bilioſa autem, & al-bicantia, his p̄aeter naturam ſunt, atque ob id pernicioſa cenzentur, ad con-cluſionem illam medicinalem. Quā ſimi-17 lia & ſunt naturalia ſunt, quā diſsimilia hor-

horrenda, Albicant verò à bilis absentia, idquè duplicitur, aut quia obstrutus est meatus folliculi sellis ad intestina, vt in iæticis: aut quia incendio æstuante in cerebro, vel connexa hepatis parte inflamata, sanguis vnde cum bile sursum rapiatur, tanquam à ventosa. Ab hoc perniciose symptomate rigor mouetur, qui pessimus, (tñ dic mortalis) meritò dicitur, ad conclusionem allegatam. Cum prauis signis & nihil benè iudicari posse: sed concedamus, cum prædicta alba deiectione in prædicto morbo fieri veternum, seu prædictam ignauiam, perniciöissima præcedunt signa: nam in † phrenitide, quæ cerebrum, & mentem oppugnat, ægrum & deturbari, vel tumultuare, excandescere, calcitrare, mordicus impetere, & efferratum apparere ei propria sunt: at tumultuantem de gradu deiici, vel afflictum, & prostratum iacere, aucto interea morbo, hoc horrendum est: indicat enim morti iam propinquum prædictum ægrum, vt ob extintam virtutem iam cœquiescat, per ea, quæ dixit Glosa ad text. 33. Coment. 1. Prior. Prorrhet. Auctum & esse morbum fæces alba testantur, & quæ magnitudinem morbi comitari solent lingua vstio, vigilia, febris ardens, phrenitis: inter quæ ignauia prædicta, seu torpor, aut segnities, vel ingenij tarditas, quæ à frigidis humoribus ortum habere non possunt ergo à virtutis extinctione, in qua ægri seruari non possunt. Horrendis istis signis præcedentibus, rigor & suoperuenit, qui mortalis est, ad conclusionem allegatam. Perniciösis signis præcedentibus, nihil benè iudicari posse: vt merito prædictum. N. morti condemnauerimus: nam à prædicta oculi peruersione cum lassitudine prædicta, quia languidus ægrè mouebatur (vt longa vigilia, longa lectio, dilassatus multis esse solet) febre aucta, & ingrauescente, rigor motus fuit, quod & symptomata quantum sit perniciösum, discas ex Theodori vxore, ad text. 26. 7. Epidem. Cuius oculi quasi dilassati; & à Balis filio, cuius oculi, velut dormientium, & ambo (Hippocrate curante) mortui. Rigor motus est, qui salutaris esse nō poterat, per conclusionem supradictam, ergo mortalisi immo ad interitum coadiuaret vehementi & concussione corpus infirmum magis infirmum faciens perfrigeratione, qua est symptomata languoris caloris nativi, actiones tum corporis, tum animi labefactans: nouo seruore concepto, febrem augens, & tandem materia intrò recursu, & in

- nobiles partes translatione varia, & perniciosa symptomata inuehens, vt coma mortale dictum, vt in prædicto ægro, cū quo comate decimatertia mortuus. Cum istius rigoris fallacis, & malitiosi duo sint effectus, caloris nativi extincio, ad text. Qui ex rigoribus paruis sudoribus refrigerescunt, malum. hucusque textus, & translatio † humoris morbifici in nobiliores partes ad text. (Qui ex rigore perfrigerantur) materia enim agitatio-ne, & calore turgens, nec amplius naturæ dominatu contenta, in nobiliores partes, vt supra diæmus, refuit, vt diaphragma, sapientius verò in caput, tum quia venis amplis, multisquæ vniuerso corpori patet, tum verò, quia rigor omnis ab inferioribus partibus, vt lumbis incipit pedorsum ad caput, ad text. 19. 6. Epidem. Comment. 3.
- 27 Domini, & perniciösum est valde in morbo acuto, à perniciose, & graui symptomate, eodem morbo aucto & ingrauescente rigor excitari: cùm supradicta arguunt morbi domini supra naturam eiusq; imbecillitatem, & rigor prædictus ad eiusdem naturæ perniciem conspiret, vt meritò dicere possit natura.  
*Hæc pector teli, vulnera facta meis.*
- 28 Vidimus & in phrenitide, cum qua virinæ erant perniciose, & mortem in propinquo esse denunciamus: in aliquibus erant mediocres, & in isto casu moritum ægrum, sed ad longius tempus, vt in facto successit: pauci enim seruantur, & quasi nullus in huiusmodi casu, vt Hippocrates sanciuit, Patres nostri viderunt, & experientia nobis ad hæc usq; tempora confirmavit.
- 29 Non & obstant in contrarium adducta, nam loquuntur ubi nec signa præcedunt prava, vel die fatali excitatur, & tandem non incremente morbo, eiusq; malitia, & hæc breuiter dicta sint de hac Decisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Infebre acuta, & malitiosa rigor in decima solet concitari.*
  - 2 *A rigore malitioso sudor excitari solet, qui potius exsudatio dicitur. & num. 19.*
  - 3 *A rigore sudor non videtur inutilis.*
  - 4 *Text. cuiusdam explicatio.*
  - 5 *Text. cuiusdam explicatio.*
  - 6 *Affectiones magna, & vehementes morte finiuntur.*
  - 7 *Facultas, quæ non sufficit ad actum vita, multò minus sufficit externis iniurijs.*
- 8 Ex

8. Ex rigore meto, quæ suspicione tollantur.  
 9. Angro non sudante, quid arguatur.  
 10. A rigore exudatio mota anticipitem casū facit.  
 11. Facies flammea quid denotet.  
 12. Text. 33. Comment. 2. Prior. Prorrhet explicatio.  
 13. Iudicatoria non iudicantia quædā mortalia. quædam difficultis iudicij. & nū 26.  
 14. Iudicatoria alia signa, alia signa, & causa sunt.  
 15. Excretio panca, nunquam est salutaris.  
 16. Excretionis paucitas quid denotet.  
 17. Rigor salutaris, qui sit.  
 18. A febre ardente habito rigore superius niente, solutio.  
 19. Rigor malitius qui sit.  
 20. Rigor quid sit.  
 21. Rigor efficiens præcipui qui sint.  
 22. Materia rufiparibus inferioribus rufiparfum. & valde pericolosum.  
 23. Materia rufiparsum raptu, quid factura si, ecerò prædicti non potest.  
 24. In casibus asternalibus, & autanalibus, multum refert assister Medieum prudensem.  
 25. Garsas Mastrillus poterat in morbo saluari.  
 26. Iudicatoria non iudicantia quædā mortalia quædā difficultis iudicij.  
 27. Iudicatoria, non iudicantia quando sint difficultis iudicij.  
 28. A rigore malitioso multi soporati vix sunt.  
 29. Rigor, quem sequitur excretio pauca, quando est difficultis.  
 30. Rigor malitius quando mortalis.  
 31. Text. in convariū allegatorum responsiones.  
 32. Naturam melius est non mouere, quam nihil promouere.

## ARGUMENTVM.

Aeger à rigore quem excretio, morbo impar sequitur, morbo nec aucto, nec diminuto, nec alijs perniciosis signis cōplicatis difficillimo, & periculo morbo teneatur.

## DECISIONE XXXVII.

**N**icolao Anfuso iuueni in febre acuta aestate inclinante decima die rigor

1. ¶ malitiosus motus est ( natura concita ad excretionem vitiosæ materiæ ) leuisquè sudor per totum corpus & à prædicto rigore exclusus at cum flameo valutu: nam in eo, qui per rigorem fit, conflictu agitantur omnia, quæ sunt in corpore, cōcūtiuntur, & effervescent sicquè calor ipse vaporosus : Itaq; cum ex profundo reuertitur, aceruatorum humorū quid effundit, vnde sudor. At quia ad extimas usque partes expandi non poterat ab oppressione à materia copia in nostro casu, neque expeditè propulsavit ea, qua molestiam inferebant, neq; perfectè respirabat: vnde leuis ille sudor, seu illa exudatio per totum corpus Disputabamus cum fortunatissimo illo Guasco-ne quid de sudore illo posset expectari. Dicebat Hieronymus sibi non dispicere sudorem & illum à prædicto rigore: nam aliquantulum alleuiata natura, poterat facta validior, supra reliquam valentius insurgere, & pugnam redeintegrans, vel eodem reiterato sudore, vel alia euacuatione ( vt sape vidisse ) perficere opus, eiusquè longam prædictam attestabatur. Et videbatur posse adaptari duo textus, & vna cōclusio medicinalis: unus text. & est in puncto. Mutitates ex capitis dolore cum sudore febriculoso, siquidem remittant ea, & subinde redeant, diurniora, & identidem rigorem reuocantia, his nō præsum. hucusque textus. Casus est in febre acuta à copia vitiosæ materiæ, capite affecto, à qua, stimulata natura, rigor factus est, de quo rigore etsi non faciat mentionem Hippocrates in textu, colligitur tamen ex eodem textu, versic. (Et identidem rigorem reuocantia) quod sonat iterum vocantia: Ab isto rigore, quia malitioso, pars materiæ ad caput affectum euolauit, vnde mutitas supradicta. pars verò sudore exclusa ab ipsa natura, & malo repetente, (quia grauibus casibus afflictabatur misera natura) alter rigor excitatus est ( pugnam incep tam eadem redeintegratæ ) hoc in utilitatem agri factum inquit Hippocrates. Alter textus est. Mutitates & in febre acuta cum exolutione non sedanti quidem, Ixthales minus tamen exudanti, sed diuturnitatem significant, hucusque text. Grauissimus casus, febris est acuta, mutitas, & exultio adiungit, illa cum mutitate iencta, casum mortalem facit, ad conclusionem medicinalem. Magnæ, & vehementes & affectiones cum virium langore, morte finiuntur, vt delirium, peripneumonia, pleuritis, Angina. Et est ratio à mino-

minori ad maius: nam si robustissimi aegri in his sèpè moriuntur, multò magis infirmi, & languidi. Quæ conclusio in aliā generalissimam conclusio nem resolvitur. Virtus, & quæ non sufficit ad actum vita, multò minus sufficere ex alteris iniurijs propulsandis; & tamen hæ graues iniuriæ minus mortales exudanti; Doctores, nam natura parte oneris, & copiæ leuata, poterit reliquam tandem vincere. Quo ad conclusionem medicinalem dicebamus, quod fæsta concertatione remouebatur suspicio extinctionis eiusdem naturæ: vel veniebamus in cognitionem clementiæ, & benignitatis istius morbi, ad conclusionem medicinalem. Non sudauit aeger, & non profluxit sanguis, non exurbata aluus, non habuit parotides aeger: aut naturæ extinctione, aut solutionis morbi, vel symptomatum infidelitatem ostendere.

His tamen non obstantibus matūrius examinato negotio, determinauimus contrarium prædictumque & periculissimum esse. & valde valde ancipitē casum, cum dubia satis spe, & certo timore. Nam illa exudatio magnitudini morbi non correspondens, eique impar, quid denotabat, nisi in illo conflitu naturam superatam, & pugnæ succubuisse? prædicta facies flammæ, & quasi exardescēs, ad cerebrum translatam materiam multo calore vaporoso, & turgens. Vtrinque ergo metum inijci Medico prudenti, & à morbi malitia, quæ in conflitu superauit, & à nobilitate partis, in quam materia morbifica decubuit. In puncto & allegatur text. 33. Comment. 2. Prior. Prorhet. Aestuosi rigores quadantenus perniciosi: flammans quoque cum sudore facies, in his mala: ex his posteriorum refrigeratio, conuulsionem accersit. hucusque tex. ubi Doctores.

13 Domini Iudicatoria non & Iudicantia, vel mortalia sunt, vel difficilis iudicij, ad text. ex 2. Epidem. Cum autem 14 fæsta iudicatoriis alia signa tantum sint, ut prædictus rigor: alia signa, & cause, ut excretio, in vtrisque verificari textū, dixerūt omnes Doctores: sicuti & in excretione pauca, & quæ nunquam salutaris esse potest, ad conclusionem medicinalem. In paucitate excretionis, & primordio, naturæ validæ indicium ullum est, sed in perfectione, & copia: Nam pauca & excrentur, vel quia copiam, & malitiam ferre nō potest natura, ut morbo inente, vel quia per se infirma est, & in opere deijicitur. A rigore & salutari

celerrime redit calor, & vna cum calore salutaris excretio, ad text. A: febre ardentia habito, & rigore superueniente, solutio: à malitioso & rigore contra, neque redit calor, neque mouetur excretio, et si mouetur, morbi magnitudini non correspondet, eique est impar, vt diximus; hinc sudores illi pauci, qui tenuis humiditatis copiam significant, aut retentricis facultatis imbecillitatem, cum partium solidarum resolutione, & raritate: sudor enim, qui in fatalem diem incidit, multus si non sit, potest, & propter virū imbecillitatem, & corporis raritatem accidere, per ea, quæ dixit Glosa 4. Aphorismor. Cum ergo & rigor sit tanquam causa, faciens perturbationem in corpore, per ea, quæ dixit eadem Glosa ad tex. 58. Comment. 3. Prior. Prorhet. Effectus & vero istius rigoris duo sint præcipui, caloris extinctione, & materia calore turgentis translatio, per ea, quæ dixerunt Doctores. Ex facie illa exardescēte in caput factam translationem argumentatur, & hoc grauissimum facit casū, cum malitia morbi vitium in partem nobilem rapiatur, perniciosū valde in morbis materiam, relictis partibus inferioribus, & sursum rapi cùm signum evidenter malitiosi humoris, vehementis perturbationis, & naturæ infirmæ, quæ morbo dominari non potest, & per viam causæ: nam si prædicta materia pulmonē appetat, suffocatio: si caput, quod venis amplis, multisq; ad apertum reliquo corpori patet, phrenitis, mania, melancholia, & soporosi affectus, vt est natura materialæ, consequi solent: quid factura sit 23 & humoris in caput translatio, certò dicere non licet, priusquam aliquod aliud signum, vel cataphora, vel delirij, vel conuulsionis: nèpè id fieri potest. Potest quoque & natura morbo robustior inuenta sanguinis per narē eruptionem moliri, vel parotidas suscitare, per ea, quæ dixit Glosa ad tex. 8. Comment. 3. Prior. Prorhet licet: Ego ad hæc usque atatem quasi nunquam obseruavi aliquid benè successisse, cū semper accidat natura impotē. 24 Verū & est tamen, quod in multū refert in casibus istis, quales solent accidere vigente Aestate, & ferino Autumno, adesse assistentem Medicū aliquā prudentem, qui in huiusmodi translationibus naturā adiuuarent antequā materia in partē principiū figeretur, Deū & testor & Sacerdos eius, si nocte illa, qua huiusmodi translationis fiebat in Domino & morigeratissimo Don Garza Mastrillo Ego vocatus suis,

sem, forsan presidijs opportunis adiutus, potuisset liberari.  
 26 Ad punctum, t̄ cum iudicatorum non iudicantium, tum signorum, tum causarum, quædam mortalia sint, & quædam difficultis iudicij, calum in nostro ægo in hoc secundo membro posuimus, nā t̄ nullum aliud symptoma accedebat, præter supradictā translationem, febre non dimuta, neque ēt aucta, nam si ad prædictā translationē aliquod aliud signū perniciolum accidit, mors certa expectatur: sin cætera salutaria, difficultis morbus futurus est, & (vt Celsus loquitur) inter dubiam spem, & certū metū, prout Doctores omnes ad prædictū text. allegatū 33.  
 28 ex prædicto Prorrheth. Multos t̄ vidimus ab huiusmodi rigore soporatos copia vaporū in illo cōflictu, per rigorē factō, omnibusque sunt in corpore, agitatis concussis, ac effervescentibus, vt supra diximus.  
 29 Concludamus dicendo, t̄ rigorm, quē sequitur excretio, nō cōrespondens morbi magnitudini, si morbus non augeatur, nec minuatur, nullaquè praua symptomata, præter translationem adsunt, difficultem tantum esse, & periculosem non mortalem, postq; agrū remedijs adiutū salvare, prout salvatus fuit ager prædictus, de quibus nos in altera parte diffusissimè dicemus: secus si febris augeretur, t̄ vel praua alia symptomata essent copulata, cuius tunc in propinquo sit mors.  
 33 Non obstante in contrarium allegata, & primò non obstat textus allegatus in punto: nam loquitur quando à prædicta excretione, et si morbo non cōrespondente, tamē morbi remissio subsequitur; versic. (siquidem remittunt ea,) fecus in nostro casu: nam nulla remissio morbi, neque etiam auctio, neque videtur obstat textus alter: Mutitaces, qui loquitur in evolutione non dissoluta anima natura, calore, & spiritu languescentibus, sed oppressa, & in hoc parte oneris leuata natura, morbo, et si non diminuto, nō tamē aucto. Ad conclusionem t̄ illam medicinalem, verissimā esse dicimus, sicuti verissimam esse alteram. Satius esse natūram non mouere, quam nihil præmoveere ex Glosa in Prorrheth. & hæc breuiter de ista Decisione.

**S V M M V R I V M**  
 1 Phrenitis solet fallere spe pacis.  
 2 Phrenitis ferina qua sit.

- 3 Phrenitis ferina à qua causa fiat.
- 4 Phrenitici ferini solent tandem muti, et taciti quiescere.
- 5 Facultas à quibus causis resoluatur.
- 6 Facultas recreata omnem iniuriam pro-pulsat.
- 7 Facultas, quæ non sufficit ad actum vi-tæ, multo minus exteriis iniuriis potest.
- 8 Phreniticus, silens, mutus, quiescens, prope mortem est. & nu. 19.
- 9 Phrenitici à qua causa quiescere videantur.
- 10 Phrenitidis tres species.
- 11 In phrenitide secunda specie: qua as-cidant.
- 12 Phrenitidis silentis quæ causæ sint.
- 13 Phrenitis silens cur dicatur obscura.
- 14 Phrenitim silentem quæ symptomata co-mitentur.
- 15 Phrenitidis silentis quod proprium sym-ptoma.
- 16 Phrenitidi silenti alia phrenitidis species similis est.
- 17 Phrenitis silens à veterno sa quomodo distinguitur.
- 18 Phreniticus quando possit salvare,
- 16 Phrenitici silentes non possunt salvare.
- 20 Phrenitici silentes quonodo moriantur, & nu. 24.
- 21 Phrenitides vehementissimas qua finiat & ibi amplia.
- 22 Senes per morbos thoracis cæsius quam-junenes moriuntur. & ibi amplia.
- 23 Phrenitici quiescentes, sive valde phreniticæ.
- 24 Phrenitidis silentis modus moris quis-fit.
- 25 Phrenitici silentes falso credita quiete quiescent.

## A R G V M E N T V M.

Phrenitides hecticæ, seu silentes, ecstases, adumbrata pa-ce, solent fallere, & casus mortalis est.

## D E C I S I O N X X X V I I I .

- 1 Allunt spe t̄ pacis adumbrata Phrenitides, de quo casu in hac Decisione. Condam Pater Frater Benedictus à Panormo Minoris Observantie, in febre malitiosa, & admodum acuta, Phreniticus t̄ ferinus factus mul-

multa enim verba effutiens vociferabatur, sic efferratus apparebat, ut calcitraret, pedibus feriret, mordicus impeteret, excedensceret, omnesque, qui ingrediebantur, hostium numero habens, vehementer perterritus. bile flava in atram iam degenerata, per ea, quae dixit Glosa ad text. 25. Comment. 1. Prior. Prorrhet. tandem mutus, tacitus, quietus jacens, neque solum non tumultuosè exclamans, exiliens ut antea, sed neque prorsus loquebatur, neque figuram decubitus permutabat, & ita affectus infirmario, & familiaribus praebebat opinionem, quod mox esset. si quod fieret silentium, dormitus, & clausis fenestrulis, conquiescente eodem infirmario, alijsque custodibus tempusque in his longu conterentes; Ecce aduentante condam Mattheo Corbinio, eiusdem Conuentus Medico ordinario, & elegantissimo (in cuius locum Ego omnium Medicorum minimus sufficiens fui) dormire agrum, quod neque loqueretur, neque moueretur, inquiunt. Videbatur posse concipi aliquam spem, saluarique posse agrum: nam cum non facultas non solum resoluatur a phreniticis causis, sed etiam a vigilijs, & varijs corporis motionibus, per ea, quae dixerunt omnes Doctores: cum haec vigilia (in qua) & corporis motiones viderentur cessare, poterat praedicta spes concipi supra futuram salutem. Secundò quia non virtus, recreata somno, & ad vitam necessariis sufficientis ad actum vitae, posset praedictam grauem iniuriam propulsare; ad conclusionem medicinalem a contrario sensu. Virtus, & quae non sufficit ad actum vitae, multò minus potest sufficere externis iurijs propulsandis.

His tamen non obstantibus determinatum fuit, & decisum, agrum valde phreniticum esse tunc, & casum mortale esse, ad text. 33. Comment. 1. Prior. Prorrhet. Tremula, obscuræ, & contrectabiles despientia valde phrenitica: ut Diodymarco in Co. hucusq; text. Glosa omnes, & quos ita affectos viderim languidū, durumque, & angustum, & exiguum habuerint pulsus, ita ut quies fieri ipsis fatigata virtute, coniiciatur, qui, scilicet validius moueri nequeant. hucusque glosa. Vnde ad hoc propositum sciendū, quod tres phrenitidis species, seu differentiae ab Hippocrate varijs in locis exprimuntur; Prima in cerebri incohata alteratione, & bile adhuc agitata, quae si pallida fuerit, mitius delirium: si flava, vehementius concitat. In hac & varijs in-

terdum manuum gestus apparent, frustra venantur aliqui, festucas carpunt, floccos è vestimentis euellunt, paleas de parete detrahunt, turpia loquuntur, dolorem non sentiunt, mores mutant, & malo aucto cum ferocitate, violenter quædam faciunt, ut praedictus frater propter immoderatam siccitatem, & bilis malignitatem, atque vstitutionem à vehementi febre, de qua Hippocrates ad text. 31. Comment. 3. Prior. Prorrhet. Quæ cum tantula ferocitate in despientiam pellunt, melancholica, &c. ubi Glosa. Tertia differentia est supradicta ex text. 33. Tremula, obscuræ, alio vocabulo voca-

ta, (ecstasis silens) cuius dñe sunt causa languens virtus, & hectica cerebri intemperies: quando, videlicet, humore bilioso, & intemperie calida, & secca, ita cerebri substantia inficitur, ut morbus efficiatur hecticus cerebro: haud secus, atque in febribus hecicis non amplius humorum putredo causa est, sed partium solidarum facta, & absoluta alteratio, aut ut in lanis quæ à tinctoribus appellatis, tinturam accipiunt: nempe & haec vix eluibile redduntur, non secus, quam quæ propriū ab initio calorem habent, per ea, quae dixit Glosa ad eumdem text. 33.

ex praedicto Prorrhet. Obscura & dicitur talis differentia, quia re vera obscura est & via non solum ab ignariis, sed etiam a quibusdam Medicis cognoscatur, qui solos phreniticos esse putant, quos excludere, vel exhibere vident, ut Medicus quidam cum Galeno contendit, agrum ita insanientem, neque phreniticum esse, neque perniciosa habere. Comitantur

enim hanc differentiam haec symptoma, silentium, somnus falsus creditus, manuum exigua motio, oculi clausi, aut immoti, quos non nulli non aperiunt, etiam si inclinaveris: quæ optimè describit eadem Glosa ad eumdem text. 33. ex praedicto Prorrhet. Principium tamen,

et inseparabile, symptoma est, silentium sine aphony, vel mutitate, ad text. In febribus insanientibus vehementes silentes agro, sed non etiam priuato voce, &c.

Cui differentia & phrenitidis non absimilis est quæ, morbo ineunte, incidit, ex pituita, & bile mixta, de qua Hippocrates ad textum. Nullus enim ex phreniticis vehementer insaniuit: sed alia quadam veterosa ad somnum inclinatione, capite grauati, peribant, ex 3. Epidem. quæ

facile distinguitur ab illa: nam & veterosa circa principia, ut diximus, vel incrementa fit: hectica vero phrenitis, pro-

gresso iam morbo, & natura extinctioni proxima, accidit. Secundò, veterosi obscuram quietem non habent, cum valde mouere se possint hectici, phrenitici conuiescent, languida iam virtute redita, quæ nullos amplius motus, aut eos valde obscuros ciet, cum pulsu languido, duro, angusto, & exiguo, per ea, quæ dixit eadem Glosa ad eumdnm textum 33. ex predicto Prorrhet.

- 18 His ita constitutis, in primis t̄ duabus differentijs constitutus phreniticus, potest saluari, hemorrhagia, vel sudoribus, legitimè succendentibus, per ea, quæ dixit eadem Glosa ad text. 13. Comment. 1. Prior. Prorrhet. versi. (Rigorem verò) At 19 in hac specie t̄ constitutus non est remedium locus: nam talis cerebri, veluti tintura, desipientiam hecticam habet, atq; ob id affectio horum, vt febrium hecticarum, praua est, quas quidem, cum incipiunt constitui, vix solvi: exquisite vero constitutas, absolutasquæ, solvi non amplius posse demonstrauimus, dixit, & determinauit Glosa ad eundem text. 33. ex predicto Prorrhet. vt merito eundem Fratrem moriturum predixerimus, omninoque, quotquot viderimus, mortui fuerint. Et modus t̄ mortis, vel tremuli moriuntur, ad text. ex Prorrhet. Phrenistica vehementer trementia finiuntur, & ad text. In vehementi phrenitide tremores mortiferi, & per ea, quæ dixit Glosa ad text. 9. versic. (Nempè) Comment. 1. Prior. Prorrhet. vel conuulsi moriuntur, ad text. (Phrenitici modico vtestes potu, strepitum tentantes, tremorem, vel conuulsionem incident:) exhausto enim humido primigenio, tum potionis defecitu, tum febrili incendio partes neruose conuelluntur, aut propter surinam facultatis animalis infirmitatem, in tremorem incurunt, vnde nata conclusio me- 21 dicinalis. Vehementissimas t̄ phrenitides duo finiunt, conuulsio, & tremor. Amplia casum ad tuſſis remissionem in pleuritide, intus suppressa materia, quæ expectorari debebat: sicut enim in omni morbo cum ægris ad pedes prolabantur, in casu nostro phrenitidis, cum iam ægri fractis viribus quiescent, mortale signum est, sic in pleuritide tuſſis remissio, & motus thoracis cessatio, suppressa intus materia, quæ expectorari debuit, mortem in propinquò portendit: In his enim omnibus motus etiam violentus actio est: prolapsus verò, & cefatio, affectus, & resolutæ facultatis nota, cuius robore morbus superandus est.

22 Ideft in causa, vt senes, & quibus motris facultas infirma est, per morbos thoracis celerius, quam inuenes, intereantur. Et vulgo (non inepte annotans) eos, qui valide, & enixe extussiunt, certò ferè euadcre, & quibus oculi p̄t rufsis vehementiam quodammodo exerci videntur, cum capitis dolore, & violenta pectoris compressione. Amplia secundò ad suppurations internas, in quibus ista adūbrata pace, fallunt collecta vomica, & defervescente ardore, quo semper omnia symptomata remittuntur, & somnus uidetur obrepere ob evaporationem malatam minus acrem, quam ante, qui delirium sedat, plerosquæ Medicos imprudentes fallat vanâ spe, qui ex multis vigilijs somnum inreperere, deliriumque sedari, & febrem imminui obseruantes, temere salutem pollicentur, dum interim aeger ratione abscessus collecti, & effusione puris, de repente de medio tollitur, ad text. Vxoris Philini in Thaso 1. Epidem. sect. 3. inflammatione uteri, vvidetur laborantis, cum febre acuta, rigore, oris ventriculi dolore, uteri, & dextri hypocondrij, vigilijs, textimis partibus frigidis, delirio, & similibus: cum enim undecimo dormiuisset, omniumque minister, redeunte quadam mentis vacillatione, & catenis, vigesima obiit, & nos sape obseruanimus, hepate suppurato: omnis enim somnus in internis inflammacionibus grauioribus etiam initio, omninoque febris refrigeratio, aut remissio periculosa est, saepius mortal is.

- 23 Domini, valde phrenitici sunt illi, qui post ferina deliramenta muti, taciti, & quieti iacent, iam refrigerante fervebilis, & calore exhalante, hancque sunt 24 instantे morte, cuius modus t̄ est tremor, aut conuulsio.

Nec obstant in contrarium allegata, nam non est t̄ verus somnus, sed falso creditus, & quies illa est, quia iam per langore amplius moueri non possunt, & hanc breuiter de ista Decisione.

### SVMMARIVM.

- 1 Angina solet procedere vox minus clara cum rubore lingue, & siccitate.
- 2 Angina pessima doloris acerbitate, et spirandi difficultate torqueat aegrum.
- 3 Angina sedes affecta, affectus, materia, quæ sint.
- 4 Angina Autumno solet graffari.
- 5 Angina pessima celerrimam mortem vocat.

- 6 Angina pessima est, si dolorosa, & difficultatem respirationis habet; licet quid ruboris vel in faucibus, vel ceruice contrahat.
- 7 In Angina pessima ex sputis humidis potest concipi spes salutis. Sed contrarium num. 10.
- 8 Abscessus optimi qui sunt.
- 9 In morbis pessimis cum prauis sputis, yd inquit urinis materia conuersa ad partes ignobiles aeger potest euadere.
- 10 In Angina pessima ex sputis humidis mors expectatur.
- 11 In Angina pessima crurum dolores qua do confirmant mortem.
- 12 Morborum salubrium tempora quatuor sunt, & nro. 15.
- 13 In declinatione uniuersali non moritur aeger.
- 14 Morbi mortalis tria, vel duo, aliquando unum est tempus.
- 15 Morbi salubris quatuor sunt tempora.
- 16 Morborum tempora quomodo perpendantur.
- 17 Angina temporum explicatio.
- 18 In febribus temporum explicatio.
- 19 Augmentum morbi quod sit.
- 20 Status, seu vigor morbi qui sit.
- 21 In vigore tria exequuntur.
- 22 Declinatio morbi quae sit.
- 23 Morborum tempora in quibus alijs morbi deficiantur.
- 24 Morborum tempora signis coctionis, & cruditatis distinguuntur, & in urinis eorum explicatio.
- 25 Angina pessima quando certe mortaliter sit.
- 26 In Angina pessima et si cocta expuantur, non tamen supra salutem pronuntiandum.
- 27 Angina interdum occidit, etiam si rumpatur.
- 28 Angina pessima terminus ad summum qui sit.

## ARGUMENTVM.

In Angina pessima nisi celeriter ægri expuant cocta, mortaliter habent.

## DECISO XXXIX.

Prosperus Conti V. I. D. in Autumno cum t multum suis loquutus, ei que reditum ob talem causam guttur Imbecillius, vocem minus claram habuit, cum rubore linguae, & siccitate: unde latens defluvio in larynge metuebatur, ex qua Angina perniciofissima nasci solet prout

- in effectu nata fuit, quia dolore in faucibus capit angi, & aperto ore, depresso lingua, nullus tumor prodibat licet quid ruboris in predictis faucibus, & ceruice appareret, eaq; spirandi difficultas aderat, vt non nisi recta ceruice trahere posset: unde supra exitiosissimam, & sauvissimam Anginam conjectatus fui, ad textum 16. ex 3. Prognost. Angina autem grauissima, & ad text. 54. fauces dolentes, graciles. &c. Comment. 2. Prior. Pro rhet. Sedem f affectam, musculos laryngis exiguos. Affectum phlegmonem, que spiritus viam naturaliter angustam occludat, vt hominem tandem strangulari contingat, vbi circumposita corpora penitus occupauerit, materiam tenuissimam, & acerrimam fluxionem, qua superatis fauci venis latioribus in muscularum interiorum laringis venulas fese insinuat, & irruit, Autumno f praesertim in quo humorum biliosorum prolapsio magis in causa est, & supra f celerem mortem, ad eundem text. ex predicto Prognost. versic. Haec enim & eodem die, & secundo, & tertio, & quarto strangulant: Quo audito, parentes perterriti, vocauerunt quemdam doctissimum Medicum nostræ Academiac, qui adaperto ore ægri linguaque depresso, & viso predicto rubore in predictis faucibus, & ceruice, supra tertiam Angina speciem predictam ad text. 18. ex allegato Prognost. & supra Diuturnitatem. Sed haec f difficultas fuit sublata, quia patiens vehementer strangulabatur, ac dolore vexabatur.
- Nec obstabat, si quid predicti ruboris in faucibus, & ceruice appareret: Tanta enim erat vis fluxionis predicta, vt interna, & externa fauci & gutturi spatia. quin & ceruicem exterius occuparet ad text. Angino se mulieris, 3. Epidem. quæ cum externo rubore obiit celeriter, interioribus occupatis, vt potum rediret per nares. Secunda die f caput predictus æger expuere humida quedam, & crurum doloribus vexari, urinis crudis perseuerantibus. Quod ad primum dicebat predictus Medicus, ex predictis sputis posse concipi spem supra salutem, cu coctionem demonstrarent, licet imbecillum, & oscuram, ad textum vulgatum. Coctiones securitatem portendere, ex Epidem. Quod ad f predictos crurum dolores, dicebat abscessus omniium optimos censeri, qui maximè deorsum, & longissime à morbo discedunt, praesertim si cu his concoctio accessit, ad text. ex predictis Epidem. Tantamque esse vim conuer-

uerionis materia ad partes ignobiles, vt  
in morbo pessimo, cum prauis sputis, &  
vrinis, & grum interdum euadere posse,  
10 dicebat. Quibus & non obstantibus supra  
eamdem mortem fuit a nobis praesagittu,  
& prognosticum confirmatum: quia ex  
predictis sputis cum argueretur, adhuc  
morbum esse in principio, nec ad quartu  
usque, qui huius saeuissimae, & crudelis-  
simae Anginae coctio perfici posset, supra  
11 mortem praesagire licebat. Nec & par-  
iter, videbantur quicquam facere pradi-  
cti crurum dolores, cum fierent, nihil  
concedente predicto dolore fauicium; ni-  
hilque concedente eodem strangulatu,  
vrinis crudis perseverantibus, quae quan-  
ti sint momenti, morbo particulari iun-  
cta, nos alibi diximus in hac prima par-  
te, & in eadem materia de Angina: vnde  
factos esse dicebamus a diffusione predi-  
ctae materia copiosa, & acerrima, prout  
nos etiam in hac prima parte diximus,  
ita in facto successit, quia predictus lu-  
uenis in quinta die mortuus fuit.  
12 Domini & quatuor sunt tempora mor-  
borum, siquidem salubris morbus est:  
mortalis enim morbi tria, vt ad summum,  
13 sunt: Cum & apud declinationem vniuer-  
salem nullus ager moriatur, per ea, quae  
dixit Galenus 3. de crisib. cap. 5. & 9. No  
14 & nunquam vero duo principium, & ang-  
mentum: non nunquam vero principium tantum  
cum in omnibus his mori contingat: sed  
15 vt dixi salubris & morbi quatuor sunt  
tempora vniuersalia, principium, incre-  
16 mentum vigor, & declinatio. Quae & tri-  
pliciter perpenduntur penes morbi es-  
sentiam, vel materiam, sive causam, vel  
17 denique penes symptomata. In & inflam-  
mationibus, vt in casu nostro in Angina,  
principium in toto eo tempore est, in quo  
particula morbi magnitudini subiecta,  
sanguineo impletur humore: cum vero  
influxus cessarit, idque quod in particu-  
la inflammata inest, putrefieri incepit,  
hoc secundum tempus est, & inflammationis  
incrementum. Status vero dum  
pus conficitur, & dolores maximi homi-  
nem corripiunt. Si vero fluxio ad suppu-  
rationem ducatur, aut per halitum di-  
geratur, tumorque minor euadat, tunc  
est declinationis initium. In febribus  
18 & principium quo ad materiam illud vni-  
uersum temporis interuallum est, in quo  
materia cruda est, per ea, quae dixit Ga-  
lenus lib. de totius morb. temporib. cap.  
3. & 1. de crisib. cap. 8. 10. & 17. sed pre-  
sertim cap. 18. 19. & 20. Nec ullum ma-  
nifestum coctionis signum appetet. Ma-

nifestum scilicet: etenim quamvis in fine  
principij huius aliquod minimum coctio-  
nis indicium appareat: obscurum tamē,  
& non nisi solertissimo Medico reuelatū  
illud est. latitudinem igitur principij nō  
excedit: vnde manifestum coctionis in-  
dicium ipsum morbi principium termi-  
nare, ac incrementum inchoare, dixit  
idem Galenus locis supra allegatis: vn-  
de & Augmentum est totum illud tempo-  
ris spatium, in quo manifesta coctionis  
signa inceperunt, perseverant, & mani-  
festè in crescunt, donec ad complementi  
proximum deuenenterit: adeo ut communi-  
bus Medicis completam esse coctionem  
appareat, licet re vera nondum comple-  
ta est, si ab eodem disertissimo Medico  
disquireres. Idcirco & vigor est, seu mor-  
bi status illud totum temporis intersti-  
tium, quo indicia perfectæ coctionis pro-  
palantur, & manifestè non amplius auge-  
ri videntur: perficitur tamen, persever-  
atque concoctio ad ultimum usque ter-  
minum, & segregatur a iuuatiuo, id quod  
nocuum, concoctumq; tamen est: ac de-  
21 mum expellitur, & crisis fit. Tria & enim  
hæc natura in vigore exequitur, coctionis  
complementum, segregationem, ac  
(si potest) etiam expulsionem, vel extra  
corpus, vel saltum ad ignobiliores, vi-  
lioresque partes, per ea quae dixit Gale-  
nus idem 3. de dieb. decretor. capit. 8. 1.  
Aphorism. ad text. 22. & 23. Sicut ergo  
in principio quædam coctio fit: ita & in  
statu, sed utrobique quadantes occulta:  
magis tamen in principio occulta est.  
22 Declinatio & vero est vniuersum illud te-  
pus, vbi materia, vt diximus, per partem  
post partem euacuatur, vel a principali-  
bus, ad ignobiliora membra deducitur:  
23 nulla indigens adhuc coctione. Nec & se-  
cus in ulceribus, ac lippitudinibus, & de-  
stillationibus predicta tempora definiu-  
tur, per ea, quae dixit idem Galenus loco  
supra allegato, de totius morb. temporib.  
24 cap. 3. Hæc omnia signis & coctionis ob-  
scura, manifestæ, perfectæ, & eiusque om-  
nino cruditas est, distinguuntur: In vri-  
nis enim siqua est aquosa, & calore, &  
substantia, in sputis si nihil omnino ex-  
cernatur cum secca tussi, id absolutam  
cruditatem significat. Imbecillam vero,  
& obscuram coctionem demonstrant in  
vrinis turbatio, aut ad meliorem colo-  
rem mutatio, aut rufus color, ac tenuis:  
in sputis, si iam ager expuere aliquid in-  
cipiat, sed humidum, ac omnino crudum:  
ac tum nodum desit morbi principium.  
Tertius gradus eorum est, quæ medianum  
quan-

quendam, ac manifestam, coctionem declarant; licet adhuc imperfectam, vt alba nebula, aut sublimamentum æquale, aut rubra nubes cum bono colore, & mediocris cralsitie: itemq, sputa pauca quidem, sed concocta, quibus principium desisse significatur, atque ad incrementum morbum peruenisse, in quo ad vigorem usque plura semper, meliora, & faciliora expectorantur. Quartus, & postremus gradus eorum signorum est, quæ perfectam, & absolutam coctionem ostendunt, qualia sunt sedimenta alba, lauia, & æqualia, aut sputa, exquisitè cocta, multa, in expectorando facilia, aut purulenta facile, & sine dolore exeuntia cum moderata viscositate. Ex his enim statu adesse, atque crism primo quaternario futuram intelligimus: sicuti declinacionem, vbi similiter exquisitè cocta, & sine molestia educuntur, multitudo tamen imminuitur, & dolor remittitur. Ponamus ergo, prout in casu nostro presuppositum fuit, in exitiosissima, & perniciosa Angina, nihil excreari primo die, & crudam vrinam esse: secundo vero quedam expui, sed humida, & cruda, tum ægrum interitum certò præfigire licebit, quia inde clarissimum est, morbum adhuc esse in principio, nec ad quartum usque (qui huius pessimæ Angina terminus est) integrum coctionem perfici posse: sic Hippocrates sanciuit, Patres nostri experientia confirmarunt, & nos longo tempore vidimus, Sed aduertendum quod, et si verissimum sit, in Angina pessima, qui non expuūt cocta, mortaliter habent, noui tamen retro conuertere licet, vt qui cito cocta expunt, evasuri sint, nam in morbis thoracis, vbi expulso alterius generis est à coquente, quia tussiendo cerebri opem, & motricis facultatis robur desiderat, non semper fida sunt perfectæ, continuæ nec intercise coctionis signa. Quod duobus modis contingit. uno, quando insita solidis partibus facultas concoxit quidem, verum animalis infirma ita thoracem mouere non potest, vt vehementi compressione spiritum violenter foras abire, & coctum humorum sursum efferri compellat, vt in senibus, aut diu laborantibus. Nam in his facultatem animalem, vt qui perpetuo, copiosoq; spiritu indigeat, amplius duabus reliquis deincei experientia, & Galenus testatur. Altero propter purgationis difficultatem, vt in inflammationibus internis, quæ nec meatus promptos habent, per quos expurgari queant, nec in

cudem erumpere possunt, nec diu sustineat. 27. ri. sicuti suppurata Angina, & interdum occidit, etiæ si rumpatur accidente strægulatione: & ob id Alex. Aphrodisiensis 3. problemat, problemat. 9. Hippocrate ad text. 27. ex 1. de acutis. Contra præscriptum reliquorum morborum consuluisse afferit, vt apparente in Pleuritide coctione victus augeatur, quo vires ad pellendum sufficient. Moriuntur autem 28. & in hac pessima Angina in tertia (etsi possunt in prima, & secunda die) vel quanto, per ea, quæ dixit Galenus 3. de crisi. cap. 4. circa medium, & 4. Aphorism. ad text. 36. vers. medium, prout ager noster mortuus fuit ob copiosissimam sanguinis eductionem, quia cum fiat per tertium, & imparem diem maior sauitas, vel anticipat ob vehementiam, & sic in tertio vel quia non ita magnus est, vel remedijs pugnatum fuit, & sic postponit, & tunc in quinto die iudicium fiet. Et haec breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 Ambulatio longa, & liberalis potatio, bilem in corpore coaceruant, & febrem ardente pariunt.
- 2 Biliofa cum biliosis familiaritatem habent.
- 3 Aegri magis periclitantur, quibus non conuenit affectus.
- 4 In febre ardente somniculosi possunt fieri agri.
- 5 Somnus pro remedio febris ardantis habetur. & nu. 32.
- 6 Somnus post immoderatas vigilias magnum attulit auxilium, pueris maximè.
- 7 Somnus qui utilis sit.
- 8 Somnus criticus non est turbulentus.
- 9 Recidiva quæ causa sint.
- 10 Nox quæ antecedit crism, molestior sollet esse.
- 11 Somnus turbulentus natura imbecillitatem indicat.
- 12 Somnum criticum esse, vrina cocta nuntiant.
- 13 Dies fatalis præstat fidem, & nu. 37.
- 14 Somnus aliquando fallit, quia non est verus,
- 15 In præagijs spectantur, & contra naturam agri, & contra naturam morbi.
- 16 Febris ardens legitima quomodo fiat.
- 17 Febris ardoris quæ sint antecedentia signa.

- 18 Febris ardoris quae sunt praeincipientia signa.
- 19 Febris ardoris signa quiditatina quae sunt.
- 20 Febris ardoris quae sunt propria symptomata.
- 21 In calidis apparere frigida maius periculum.
- 22 In febre ardente symptomata apparere, quae humores frigidos sequuntur, mortale.
- 23 In morbo calido frigidorum affectuum triplex causa.
- 24 Febris ardens initio non metuitur.
- 25 Somnus; febre vrente progreessa, qui impotentia vigilandi potius dicitur mortalis.
- 26 Text 13. Comment. 1. Prior. Prorrhet. explicatio.
- 27 Textus alterius explicatio.
- 28 Ictericus triplex est.
- 29 Torpor seu ignaista in nullo ictero fit.
- 30 Ictericus fuit torpidi morbo ingrauescente, & casus lethalis.
- 31 Aeger moribundus propter quid quiescat.
- 32 Somnus pro remedio febris ardoris est.
- 33 Somnus placidus quando fallat. & ibi limita.
- 34 Vrina cocta quando fallunt.
- 35 Vrina semper sunt conspicienda, vt si praeuentum mortis pronuntiemus.
- 36 Febris remissio aliquando est a calore, ad extinctionem properante.
- 37 Dies praefat fidem.

## ARGUMENTVM.

In febre ardente ægri, aliquando somnicoli videntur, vrinis coctis, cum febris remissione, & moriuntur.

## DECISO XXXX.

- I**oseph Natalè in estate calidissima, & siccissima, cum longam & ambulationem habuisset, & liberaliter potasset, & bilem in corpore coaceruasset, Autumni initio, in febrem ardenter incidit, in qua vigilijs maximis tenebatur, & aliquantulum delirabat: lingua vta erat, & excrementa ope medica assata ejiciebantur. Relictis his, quæ discussa fuerunt primis diebus, negotium non videri tantæ difficultatis, et si predictis symptomatis vexaretur, quia cum essemus in morbo calido, & siccо, & per consequens bilioso, biliosa & cum biliosis hominibus, biliosis, & morbis familiaritatem habent,

& cognationem. Non biliosa autem his præter naturam sunt, atque ob id praua censentur, ad text. ex Aphorism. Magis periclitantur & ægri, quibus non conuenit affectus. In quatuordecima die somniculosus & factus fuit cum vrinis coctis, & febre languescente. Videbatur somnus prædictus utilis: siquidem pro remedio febris ardoris habetur, & meritò, siquidem humectat, refrigerat, & spiritus reficit animales, eosquè instaurat, & colligit calorem febrilem extinguit, moderatè humectando, atque refrigerando, natum auget, cerebri temperiem restituit, & morbifici humoris reliquias concoquit, ac discutit. Tantò fortius, quod post supradictas immoderatas vigilias: & videbatur facere doctrina Glosa ad textum 29. Comment. 2. Prior. Prorrhet. 6 Vidimus & enim in ægris quibusdam, qui tribus, vel quatuor deinceps diebus vigilis permanerant, difficultem excitatu somnum superuenientem, qui prouersus nocte, diequè perseverans, magnum attulit auxilium: sapient quoque, & in infantibus somnum eiusmodi superuenientem, non uno die solum verum quoque & duabus ex ordine diebus, magno ipsis fuisse commodo conspexi. hucusque Glosa. Amplius, quia facile è prædicto somno aeger excitabatur, quia nulla suberat obstrutio, quæ spirituum delationem, & liberum motum impediret. Ostendebatur ergo cerebri restituta temperies, vaporis utilis, suauitas sine acrimonia, & animi summa tranquillitas, obidquè inter conditiones critici somni Hippocrate & posuisse, non esse turbulentum, qualis esse solet ante phrenitidem, & imperfectum, aut prauum conflictum, ab intemperie relictæ febrili calore, & exhalatione acri, ac tetra, aut à varia affectione corporis, vnde humor commotus, & spiritus distractus, anima sedem perturbat. Ex quo significatur firmus conflictus, & perfectus, & vt inquit Galenus 1. de dieb. decretor. firmus, fidus, securus, vnde non amplius reddit morbus: quemadmodum absolutus est, qui nihil reliqui facit: futus, sine perniciosis symptomatis, manifestus, cum excretione, vel abscessu iusto. Causa est, quia cù duo relinquuntur in morbis, ex quibus fuit recidua, morbosca dispositio, & humor aliquis prauus, utrumquè aut alterum relinqui, et si indicent sitis, orisquè siccitas, insuauitasquè, atque ciborum fastidium, indicant tamen etiam somni vacuitas, aut somnus turbulentus: 10 Nam, & vt noxque antecedit conflictum, mo-

molestior esse solet, ad teat. vulgatum, ita quæ sequitur, tranquilla, & suavis, unde subiicit Galenus turbulentos cum dolore corporis, nihil firmi habere. ¶ Indicum manifestissimum, naturam materiæ morbificæ planè dominari non potuisse, cuius acrimoniam cù intemperie cerebri coniuncta, aut etiâ translatio ad cerebrum somnum turbulentum facit. Amplius criticum fuisse & somnum prædictum, scilicet optimum conflictum facientem indicabat viriæ prædictæ, quæ coctæ apparebant, quæ cum breuem, securamq; valetudinem prænuntient naturæ valorem demonstrant. Et prædicta dies & quatuordecima, quæ præstat fidem, ut alibi diximus in hac prima parte. Signa enim mortis, aut salutis certissima sunt diebus criticis, incerta aliqui, aut non ita fida, si alio die accidisset. Et tandem ex remissione caloris ea revertentes videbatur confirmari. Sed intimius considerato facto, mortale videbatur esse: somnus enim nō erat, licet talis appareret, & quod vigiliæ, & inquietationes cōquiescere viderentur, propriè quoddam coma in quo caloris nativi dissipatio, qua summa refrigeratio est, non solum animi functiones tollit, sed etiam prohibet, ne spætra cerebri ad imaginationem moveantur, quia calore ea motio perficitur. Eventus confirmauit nostram sententiam, quia in decima septima robustus iuvenis expirauit.

¶ Domini, in morborum præfagijs & nō solum spectâdum quid contra naturâ agri, ad teat. Ab homine composite ferox responso malum, sed quid contra naturam morbi accidat: quale in casu nostro de febre ardete. Legitima & febris ardens oritur ab inflammatione interiore, aut putredine biliosi humoris in venis maioriibus iecoris, pulmonis, ventriculi, & maxime oris ipsius: aut etiam in ipsis visceribus nobilibus, per ea, quæ dixerunt Doctores ad teat. I. ex 4. de acutis. Cuius antecedētia & signa sunt vena exiccatæ, quæ tenues ad se, & acres humiditates trahunt, ad allegatum prædictum text. I. Præcipientia, & ambulatio longa, liberalis vi- ni potio, vsus falsamentorum, vinū à balneo, ira, vigilæ, & astas calidissima, & sicca, & astas regio, & similia, quæ bilem in corpore cumulant, & patefaciunt. Pathognomonica, & quiditatua sunt calor exurentissimus, & sitis inexplebilis, ad teat. 4. ex prædicto 4. de Acutis. dixit Paulus Aegineta, & Aetius locis à nobis alibi apportatis. Cum igitur omnia bi-

lem testantur siccissimam, & seruentissimam in toto corpore, & ardore ad manum, sitire, vigilare, exagitare corpus, lingua esse flaua, vel pallida. Omnia hæc naturalia sunt in prædicto morbo, quia, cùm hoc febris genus à calido humore ortum habeat, ei vigilæ, & calidi affectus supradicti proprii sunt, quemadmodum pituitosi, ut cataphoræ, & comata, & ademata, humoribus frigidis. Quod si contrario modo & accidat, ut frigida in calidis appareant, raius periculum imminet, quia magis periclitantur, quorum naturæ non conuenit morbus, & in casu febris ardentis non sitiat æger, nō ardeat ad manum, non exagitetur corpus, non vigilat, linguam habeat rubentem, omnia hæc mortalia sunt. In casu nostro, scilicet in eadem & febre vrente, & ab acri materia repente symptomata appareant, quæ humores frigidos, & morsus expertes consequantur, ut prædictum coma, mortale est. Sed etiâ modus generationis frigidorum affectuum in morbo calido difficultis videatur, & obscurus, triplex, & tam à Doctoribus ponitur: primò fusa, & colliquata pituita ab incendio febrili: secundò materia febris ardentis magis pituitosa, quam biliosa existente: tertò progresso iam morbo à resolutione, & extinctione caloris natini, primum, scilicet morbi initio à sanguine & non adeò metuitur, quia symptoma hoc missione sanguinis, & leui medicamento, quæ acrimoniam bilis remittunt, & eius portionem demunt, primis diebus facile quiescit: in calidissima autem febre post & principium, & incrementa ab imbecillitate facultatis, & caloris extincione prouenit, quod impotentia vigilandi potius dicitur, quam somnus. Exemplum est æger prædictus, qui decimoquarto dormiuit, vel verius comatosus factus fuit, non ob pituitosum succum, quem in cerebrum peruenisse quatuordecima die non est credibile in morbo sieco, & calido, statim inter initia inuadente, ut lingua vsta, vigilia, febris acuta, excrementa torrida testabantur, se & vel ob vehemens frigus in cerebro, vel imbecillitatem virtutis, quorum verumquæ summè perniciosum est, facit teat. 13. Comment primi. Prior Prophet. Phreniticis alba deiectione malum, ut Archeocratican & in his veterius fiat? Casus & clarus est, quia in phrenitide, cui succedit ignavia, aucto, & incremente morbo, quem acutum esse facies al-

bæ testantur, tu addes, & quæ magnitudinem morbi comitari solent, ut linguae  
 vñstio, vigilia, febris ardens, phrenitis;  
 inter quæ prædicta ignavia, seu torpor,  
 vel veterus, aut ingenij tarditas à frigidis humoribus ortum habere non posse  
 est ob supradictam rationem, cum non  
 sit credibile in prædicto morbo secco, &  
 calido pituitosum succum in cerebrum  
 peruenisse. Ergo à virtutis extincione,  
 in qua nullus est remedio locus. Idem  
 iudicium de facibus albis, quæ in morbo calidissimo, & siccissimo bilioso es-  
 se debuerunt. Cum ergo qui ante vehe-  
 menter delirabat, vel delirare videba-  
 tur, si cum supradictis signis in ignauiam  
 prædictam torporem, seu veternum  
 incidat, perinde est; ac si in tumore ad  
 sphacelatum transiente dolores, ac  
 febris quiescant, natura emoriens: facit  
 & alter textus, à nobis alibi apportatus,  
 27 Qui tñ sedati morbo regio, non adeò a-  
 criter sentiunt, siquidem singultiunt, al-  
 ui ijs exturbantur fortasse suppressum.  
 28 tur: atque ij valde flavescent: cum tñ tri-  
 plex sit morbus regius, felleus ab im-  
 modica plenitudine canaliculi fellei, aut  
 imbecillitate facultatis attractricis eius  
 dem, aut meatuum obstructione, siue  
 allicientium, siue pellentium bilem: de-  
 inde hepaticus ab obstructione, inflam-  
 matione, vel scirrho hepatis. Tertius  
 criticus, in quo pura sunt vesicæ, & alii  
 excrementa, quicquid semper salutaris est  
 post septimum, ad textum vulgatum ex  
 Aphorism. Alij difficiles: nonnulli quasi  
 mortales, ut à prædicto scirrho, vel he-  
 patis inflammatione: In nullo istorum fie-  
 ri ignauiam, seu prædictam ingenij tar-  
 ditatem, tñ aut obtusum sensum, vel tor-  
 porem. Hæc enim symptomata ex frigi-  
 dis, crassis, glutinosis, & planè ad mo-  
 tum contumacibus humoribus oriuntur,  
 non autem ex calidis, tenuibus, aut acribus,  
 qualis est flava bilis, per ea, quæ  
 dixit Glosa ad text. 13. supra allegatum  
 ex prædicto Prorrhæt. Torpidi ergo, ac  
 veterosi sunt morbo regio sedati, mor-  
 bo aucto, eoquæ ingrauescente, extin-  
 cta. videlicet, tñ animali facultate, &  
 refrigerato, aut resoluto natu calore.  
 31 Cum enim æger morti iam tñ proximus  
 est propter extinctam virtutem  
 quietescit, nec valde sentit: cuiusmodi  
 symptoma humori adscribendum non  
 est, sed facultati, & refrigerationi, per  
 priuationem caloris natu, quo modo  
 nullus evasit.

Non obstant in contrarium allegata,  
 & primò, tanquam verissima concedun-  
 tur illa, quæ dicebantur de tñ somno,  
 quod pro remedio febris ardoris habeatur:  
 & illa etiam, quæ de somno placido,  
 & non turbulentio dicebantur: licet vnum  
 aduertendum, quod prædictus somnus  
 33 tñ in internis inflammationibus, et si pla-  
 cidus, fallax tamen est, & periculosus, vt  
 plerosque Medicos vana, & fallaci spe-  
 fallat: Hi enim ex multis vigilijs som-  
 num irrepere, deliriumque sedari, & fe-  
 brem imminui obseruantes, temere sa-  
 lutem pollicentur, cum interea ratione  
 abscessus collecti, & effusione puris, se-  
 pe æger de repente ferè è medio tollatur  
 quod primus Legislator admonet in hi-  
 storia vñoris Thilini in Thason. Inflam-  
 matione vteri, & deactri hipochondrii,  
 vigilijs, extumis partibus frigidis, delis-  
 rio, & similibus. primo Epidem. sect. 3.  
 Cum enim vñdecimo dormisset, omni-  
 umque meminisset, redeunte quadam  
 mentis vacillatione, & catenis, vigesimo  
 obiit. Omnis enim somnus in internis  
 inflammationibus grauioribus etiam ini-  
 tio, omnisque febris refrigeratio, aut re-  
 missio, periculosa est. Sapius mortalis:  
 quod nos non semel obseruavimus. Li-  
 mita tamen prædictam doctrinam, nisi  
 in declinatione post conflictum, aut ex-  
 crectionem puris laudabilis. Nec pariter  
 obstat illud, quod dicebatur, vrinæ vi-  
 34 fas tñ fuisse coctas, quia primò respon-  
 detur, quod possunt tales apparere sub-  
 mortem natura cesante, aut extremitate  
 conatus proferente. Secundò dicitur,  
 quod huiusmodi vrinæ subsequenti die  
 prauæ obseruata fuerunt, ut verissimum  
 35 sit, visa semel tñ vrina prana, aut bona,  
 statim de periculo, aut salute, aut alio  
 morbi euentu pronunciandum non esse,  
 sed mane, vesperi, & omni die diligenter  
 obseruandas esse. Ad illud, quod di-  
 cebatur de febris remissione, seu langor-  
 36 re, dicimus, quod tñ nascebatur ab eadem  
 caloris extincione. Et tandem ad illud  
 de die quatuordecimo, & per consequens  
 fatali, Dicimus, quod cum omnia at-  
 starentur naturæ, ad extinctionem  
 37 properanti, prædicta tñ dies su-  
 misse prædictis fidem præstabat  
 de predicto interitus,  
 & hec breuiter  
 de ista De-  
 cisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 Tygranic dictum .
- 2 Victoria non in multitudine pugnantia, sed Ducis calliditate consistit .
- 3 Pleuritis aliquando est vehemens in principio, & non est periculosa .
- 4 Pleuritis aliquando à principio est molles, sed fallax .
- 5 Pleuritis molles, & leuis aliquando est per totam quintam diem, & in sexta exacerbatur .
- 6 Pleuriticus dolor cur leuis sit à principio .
- 7 Pleuritici non solent delirare .
- 8 Pleuritis leuis per totam quintam diem & sexta inualecens, est difficilis iudicij .
- 9 Diei sexto magna vis tribuitur à Medicis .
- 10 Pleuritidem quæ reddant mortalem .
- 11 Text : 8. ex 3. de Morbis expositio . ady
- 12 Pleuritis, molliter incipiens, & sexta re crudecens malitiosam arguit materiam & nu. 16. & 19.
- 13 Text . 29. ex 5. de Morbis expositio .
- 14 Morborum tres modi constituuntur .
- 15 Pleuritis molles per totam quintam diem, sexta verò exacerbata, aliquando mortal is. & nu. 21.
- 16 Pleuritis usque ad quintam blanda, sexta valida, cur periculosa .
- 17 Parium accessiones malignæ sunt .
- 18 Pleuritis molliter incipiens, & sexta inualecens, quando difficilis iudicij est .
- 19 Pleuritis initio molles, & sexta recrudecens, cur periculosa .
- 20 Sanguinis fluxus in quarta periculosus .
- 21 Pleuritis sexto exacerbata, cur pessima, & quando pericitantur mori .
- 22 Anaxion agè conualuit, et si curante Hippocrate .

## A R G U M E N T U M .

Pleuritis molliter incipiens, & usque ad quintam diem sic procedens, & sexto exacerbata, aliquando difficilis iudicij, & aliquando mortal is .

## D E C I S I O   X X X X I .

T ygranes contra Romanos magna militum copia pugnaturus cum Luculli exercitum vidisset, paucorum exercitū irridens, dixisse fertur: si ut milites ad

- uenissent, perpaucos quidem esse: si verò vt Legati, permultos . Verum mox ipso facto intellexit, victoriam non in multitudine pugnantium, & sed Ducis calliditate consistere: à Lucullo enim adeò vietus est, vt Ziatam, vietasque lacerans, atque abiiciens, aufugeret, ne ijs ornatis in turpi fuga agnitus, ad Romanos captiuus adduceretur, per ea, quæ dixit Plutarcus in Lucullum: Victor enim nō in multitudine militum, sed in calliditate Ducis consistit, prout nos diximus retro. Pleuritidis motus aliquando vehemens & est initio, quasi magna militum copia pugnatura, vehementissima apparet, nec tamen periculosa est, ad text. 39. ex 3. de morb. Biliose verò, & sanguineæ à pauca bile pallida, aut tenui sanguine: 4 Aliqnando molles, sed & fallax, & quasi ex insidijs aggrediens, per ea, quæ dixit Iacotius ad eundem text. vers. Ita fit, vt hæc pleuritis, de qua in ista Decisione .
- Melchion Consona pleuriticus per totam quintam diem leuem, & mollem dolorem habebat, in sexto & omnia inuale runt, dolor, & febris: In consultatione positus casus dicebatur, quod non erat verendum: nam initio & leuis erat dolor, quia pauca materia erat, inflammatio leuis, & tensio, potuit verò noua subministrata materia, inflammatio, tensio, febris, dolor, omnia inualescere . Secundò adducebatur exemplum Anaxionis, qui in sexto delirauit, postea tamen conuajuit, & scimus delirium graue symptoma & esse in pleuritide, quia ex pleurite nō admodum solent homines delirare (neque certè cum pleura habet cerebrum magnam consentiē) iij solam, quibus septem transuersum inflatum est, vel facti peripneumonicij, aut succi malitia fuit in causa, per ea, quæ dixerunt Doctores ad textum 3. Sconphus 5. Epidem. & cum toto hoc prædictus Anaxion saluatus. Maturius tamen examinato casu, 8. fuit determinatus difficilis & iudicij . Primum quia sexto diei magna & vis attributa à Medicis, quia bonorum signorū virtus, quæ eo die edatur, infirma, quia imperfectè, obscurè, & sine notis, per ea, quæ dixit Galenus 1. de dieb. decretor. cap. 2. Malorum verò, & mortalium iniuria formidabilis . Secundò propter accessiones parium dierum, quæ solent esse malitiosæ in febribus principiæ symptomaticis. febres siquidem Tertianæ nataram referre debent, & imparibus moueri, humore, qui fluxionem, & febrem

committit in naturam bilis transeunte. Tertio. quia mollis, & latens symptomatum accessio, naturæ oppressionem ostendit, quæ vel morbificis causis occurre, atque obſistere non audet propter mali-  
tiam, vel nondum potest propter copiā: vbi enim eō ventum est, vt natura cum morbo certamen instituat, quia tum maxi-  
mè morbi vehementia resistit, & quæ infesta sit, euincere nititur, dolores fiūt,  
& febres. Et hoc modo se habet conco-  
ctio: horum igitur absentia interdum na-  
turam opprimi denuntiat, vt in princi-  
pio: interdum verò succumbere, & extin-  
gui, vt circa statum. Quoties autem na-  
tura opprimitur, tardius expugnat, eo-  
què sit, vt morbus protrahatur, & casus  
difficilis iudicij reddatur. Duo siquidem  
10 sunt quæ pleuritidē + mortale solēt face-  
re humoris cōtumacia, & cōctionis tardi-  
tas, ratio, quia cum ex robore, & infir-  
mitate facultatis animalis, & naturalis,  
morborum thoracis, benignitas, ac ma-  
litia discernatur: propter humoris con-  
tumaciam facultas animalis, atque na-  
turalis magis laborat, earumqùe robur  
in illis proſterni ſolet antequam ad statū  
11 ventum ſit, facit text. in puncto 38. + ex  
3. de morbis. Sunt & ſic ex pleuritides ſi-  
ne ſputo, verū hæc difficiles ſunt. hucusq;  
textus. Casus eſt, vbi progrediente pleu-  
ritide, vllum vestigium, nec principium  
expectorationis accedit, & hæc pleuritis  
periculofissima eſt, tum ſimpliciter, tum  
ex euentu: ſimpliciter, quod suppressio-  
ne materiæ morbifica, & grauior labo-  
rante corde, p̄focari ſolet a gri: ex  
euentu verò, quia cum longo utique post  
ſpatio integrā cōctionem fore ex nega-  
ta anachartasi conſtet, in tanto temporis  
tractu multa ſinistra accidere poſſunt, vel  
a gri errore, vel ministrorum, vel ab ex-  
ternis rebus, quæ p̄tē ſpēm eueniunt,  
ſape ab ipſo Medico. Et dato quod Medi-  
cus ritē procedat, & omnia fortunatè ac-  
cidant, periculum tamen eſt, ne priuquam  
morbus concoctus ſit, vires exoluantur.  
12 Quartò, quia + molliter incipiens dolor,  
& ſexta exacerbatus, malitiosam ſolet  
arguere materiā, quæ refudare nequeat,  
& inde aucta inflammatione, & in prauio  
rem naturam ſemper declinante, in pro-  
gressu morbi dolores, ac omnia pleuriti-  
dis accidentia ſeniora fiant, per ea, quæ  
dixit Salius Diuersus ad text. nunc alle-  
gandum. Quintò allegabatur textus in  
13 puncto 39. + ex 3. de morbis. At ſi in prin-  
cipio quidem molles, quidam tenuerint  
dolores, à quinta verò, ac ſexta die acri-

ti, hi uſque ad duodecimum perueniunt,  
& non valde effungiunt. hucusq; textus.  
Nolles quidam tenuerint dolores) eodē  
ſenſu dixit Hippocrates quod ad text. 10.  
1. Epidem commentar. 3. Febrem confe-  
ſtim continuam eſſe quibusdam, quæ ab  
initio floret, & viget maximè, atque ad  
grauius deducit: circa verò iudicium, &  
ſimul cum iudicio attenuatur: Alijs mol-  
litter incipere, latenterque, ſed diebus ſin-  
gulis increſcere, atque exacerbari: circa  
iudicium verò, & in iudicio ſatis eluci-  
dere: Alijs mansuetè incipere, increſcere, &  
exacerbari, & vbi quadantenus viguerit  
rurus ad iudicium uſque, & circa iudiciū  
remitti, hucusq; Hippocrates. Quibus  
verbis morborum: ac symptomatum mo-  
14 dos + tres constituit, vt ad text. allegatū  
39. Doloris, ac pleuritidis: nam ſepiuſ  
quidem dolor vehementiſſimè aggredi-  
tur (ait Glosa) marceſcit autē paulatim  
uſque ad perfectam ſolutionem: interdū  
vbi molliter incepit, & latenter, paula-  
tim augetur, ac veheſtissimus effectus,  
celerem habet ſolutionem: poſtremo ali-  
quando poſt vigorem ad proportionem  
incrementi declinat: tandem exitus id  
demonſtrauit: nam diſſicile habuit iudi-  
15 cium ad sanitatem, licet + aliquando poſ-  
fit ad mortem terminari, vt infra, Domini  
ex dupliſi fonte in hac pleuridine mol-  
16 liter + incipiente, & quaſi ex iſidijs ag-  
grediente, (ſic Doctores loquuntur) ſexto  
die exacerbata nascitur periculum.  
Primo propter ſexti diei naturam, inſi-  
di, & tyrañi inſtar iudicantis, Secundò,  
17 propter accessiones parium, + quæ ma-  
lignæ eſſe ſolet in febribus symptomati-  
cis, in quibus ad pares recidens exacerbatio,  
præcipitantis, & debilitatæ na-  
tura argumentum eſt, inuiteque ad pugnā  
tractæ, ſic loquuntur Doctores, vt meri-  
tò mortales dicat Hippocrates, aut diſſi-  
ciliſ iudicij. febres, quæ diebus paribus  
exacerbationes habent, quod natura  
nec tempore, nec loco moueat, ſed irri-  
tata ordinem perturbet; cuius veritatis  
demonstrationem habemus ab experien-  
tia, communī Doctorum opinione, dili-  
genti eorumdem obſeruatione, quia ſu-  
mus in peruerſione ordinis naturæ ab im-  
paribus ad pares, id fieri ſolet in iſto ca-  
ſu, calore nativo, & natura, pugnam,  
& cōctionem aggrediente, in hoc caſu na-  
tura oppreſſa eſt, vt ſupra diſimus, & ca-  
ſus inter dubiam ſpēm, & certum metum  
eſt, vel, vt Glosa interpretatur in Pro-  
rher. periculum minatur, ſpēm tamen nō  
18 adimit ſalutis: + nulla tamen accedunt  
signa

signa prava, vt in prædicto de Consona, in quo, etsi exacerbato dolore in sexta die, nulla alia signa accesserunt prava, neque perniciosa; ob id ægre conuuluit: se-  
cū si prava essent vrinæ, stilla sanguinis complicaretur: nam actum esset de agro-  
to. Concludamus, in pleuritidem lenem,  
& mollem usque ad quintum diē, sexta  
19 + exacerbatam, fallacem esse, & signis alijs salutaribus conspirantibus, diuturnam futuram esse: ratio est propter per-  
uersum ordinem ab imparibus ad pares;  
potest facere textus. In febre ardente quar-  
20 to die è naribus fluere sanguinem, + ma-  
lum: nisi quid aliud bonum incidat. quin-  
ta die minus periculose, hucusque text.  
Et casus est in febre ardente, in qua san-  
guinis fluxio ex naribus, frequens est, &  
familiaris, elatis sursum succis præ fer-  
uore ad textum 3. ex 2. Epidem. sect. 3. vbi  
Doctores, & ad textum 16. eodem 2. Epi-  
dem. sect. 1. fluxus sanguinis largi ex na-  
ribus soluunt multa, &c. Quia tamen prædictus sanguinis fluxus sit in quartā  
die pari, & per consequens die illudabi-  
li, malus dicitur ab Hippocrate, diuturni-  
tatemquè prämonstrat morbi, nullo alio  
accidente signo pravo, sed salutaribus  
conspirantibus; vnde Doctores ad eum-  
dem textum. Pauci ab eo fluore sanguini-  
nis, qui in diem quartum incidunt, conuale-  
scunt, aut ægrè quidem conualescunt:  
nam febris ardens aut imparibus moue-  
tur; aut paribus: si paribus ferè mortal is  
est: si imparibus, inutilia omnia, quæ-  
cumque quarto mouentur, sudor, fluxio  
sanguinis, vacuatio, abscessus: At quia  
iudicia, & quæ ea imitantur, magis inci-  
dunt in dies accessionum, si cui quartò  
die fluit sanguis, argumento est, morbus  
paribus moueri: quod si fit, dupplici ra-  
tione periculose, & quia accessio paribus,  
& quarto effluxit. hucusque Docto-  
res. Quanto ergo magis vituperada exa-  
cerbatio pleuritidis facta die, + adeò pes-  
fima, nulli ergo dubium, quod malus exi-  
tus expectatur, si ad prædictam exacer-  
bationem alia signa prava conspirent, vt  
vrinæ pravae, virium imbecillitas, & alia,  
& tales pericitantur mori in duodecima  
die, & ante, ut pūa decima: nam si om-  
nia alia signa salutaria adsint, vt puta v-  
rinarum bonitas, & virium valor, longi-  
tudo expectatur, prout in prædicto de  
Consona: & ita Patres nostri obseruarūt,  
& nos longa experientia vidimus, ratio-  
ne confirmata.

Ad in contrarium allegata responde-  
tur, quod, etsi pauca possit esse materia,

vnde leuis inflammatio, & leuis dolor, ta-  
men in casu nostro malitia morbi adscri-  
bitur, qui molliter incipiens, quasi ex in-  
sidijs aggreditur: ad Anaxionem dicitur,  
22 quod + ægrè saluatus est, & multis diuer-  
sisquè euacuationibus, nullis alijs signis  
prauis conspirantibus. Et hæc breuiter  
dicta sint de ista Decisione.

## S V M M V R I V M.

- 1 Anginosi aliquando in quarta melius  
babere videntur, febre permanente.
- 2 Dis quartæ salutis spes multò certior est  
quam in alijs diebus.
- 3 Signorum omnium firmitas ex diis fata-  
lis ratione habetur.
- 4 Angina plus solito remittens, cum febris  
perseuerantia, occultatam materiam  
indicat, & easum eff periculose.
- 5 Angina occultata, & pectora graui-  
re reddit, à pulm'ibus exceptam ma-  
teriam, iudicatur, & casus mortalis.
- 6 Angina occultatio quomodo dignosca-  
tur.
- 7 Anginosi quomodo liberentur.
- 8 Angina occultatio, quod sit indubitatū  
signum.
- 9 Angina occultata à pulmonibus quasi  
sempir recipitur.
- 10 In Angina à repellentibus est cauen-  
dum.
- 11 Angina occultata in pulmones ex pulsu  
noscitur.
- 12 Pulmonia ex Angina mortalis. & nu.  
16. & 17.
- 13 Pleuritici plures liberantur, quam mo-  
riuntur: pulmonarij contra.
- 14 Angina occultata, quid expectetur.
- 15 Occultationis fructus quis sint.
- 16 Angina occultata in pulmones, mors  
subsequitur. & ibi limita.
- 17 Anginosi, pulmoniaci facti, cur morian-  
tur.
- 18 Angina, occultata die aliquo fatali, ma-  
gis mortal is.
- 19 Angina materia non permanens in pul-  
monibus, sed per sinus cordis transiens  
quæ symptomata excitet.
- 20 Anginosi dum sunt in motu, allevati vi-  
dentur.

## A R G V M E N T V M.

Angina, occultata, & pulmonia substituta,  
casus mortalis.

## DECISO XXXII.

**D**ON Ioannes Moncata, Eques Militia Melitenensis, & vir spectatæ virtutis, & probitatis, & nobilitatis, dum gravissima Angina haberetur astius ardoribus à fluxione biliosa, visus fuit ꝑ quartæ habere melius, idest sine dolore esse, atque facilius, & alacrius ferre morbum, liberata faucium angustia, sed febris permanebat; videbatur saluatus, ex quo doloris, & angustiæ facta esset mutatio: tanto fortius, quia in prædicta die quarta, in qua ꝑ salutis spes multò certior est, quam si in alio die incideret, ad conclusionem illam medicinalem signorū ꝑ omnium, siue bona, siue mala sint, firmatatem, ac fiduciam ex diei fatalis ratione, & eius, quod factum est, constantia haberi, quod naturæ rectè agentis motus illis tantum diebus conspicuè elucescat, & certamen contra morbum instituatur, ad salutem, vel perniciem. Sed considerato casu, ꝑ quia plus solito videbatur remissile, & febris perseverabat, occultatam fuisse materiam morbificā intrò eadem reuocata; in haec falsò credita morbi remissione fuit conclusum, & casum grauiſſimum esse pronuntiatum: in quinta ꝑ gravis pectus fuit redditum, ac difficilior redditio spiratio: unde iudicatum prædictæ materiæ refluxum à pulmonibus fuisse exceptum, & supra mortem conclusū, ad text. 19. Si verò nec diebus decreto: rijs euanescat rubor, neque tuberculo in sedem exteriorem conuerso, pus non facile excreet, ac videatur siue dolore agere, mortem indicat, aut reciduum ruboris, ex 3. Prognost. & sic in facto successit: nam exinde vitam cum morte commutauit prædictus vir ex supradicta familia, qua in omnibus bellis fortitudine maxime præstauit, & prudentia.

**6.** Domini, ꝑ quotiescumque Angina siue naturæ beneficio (nam interdum ꝑ vitri ce natura in abscessum colligitur, ac foras evanescatur per exteriorem cutem, interdū sputis facilibus aboletur, ad eundem text. supra allegatum) vel intercessit artificium Medici, sed illud non esset sufficiens morbi magnitudini, credere non oportet, humores, qui Anginam parabant, discussos esse, sed evanuisse, & evanescentes refluxisse ad viscera: cuius ꝑ rei præter supradicta certissimum, & indubitatissimum signum est febris permanēs: si enim dissoluti fuissent per halitū, vel artificiū Medici fuisset magnitudini mor-

bi correspondens, febris quoque nulla esset: fluxio itaque, in angustis venis hærens propter acrimoniam ꝑ mortsum, & copiam, intrò rapitur ab incendio viscerū, tota quæ fluxio à faucibus, & collo in pulmones transmissa est, idque non sine ratione, quia hærens in prædictis venis propter acrimoniam mortsum, substantiam tenuitatem, & copiam intrò facillimè rapiatur à prædicto viscerum incendio, ad pulmones verò sapè: nam pulmo, & loco pri mario affecto vicinus est, & in perpetuo motu. Amplius incenditur, quia propter faucium angustiam liberè Aerem non ad mittit, & (quod maximum est) substantia mollis, atque ad spongia similitudinē factus, extrusam, tum è cerebro, tum è faucibus materiam facillimè conbibit: propter ꝑ quem timorem Galenus admonet in methodo, A, frigidis, & repellentibus in isto casu abstinendum esse, quæ subitam mortem plerunque inferunt, & Hippocrates præcipit in eodem casu medicamentis quibusdam uti attractorijs, calida exhiberi gargarismata, caput abradere, & molli spongea ex aqua calida expressa souere, sed & cucurbitulas admouere, & quæcumque medicamenta calore aut proprietate quadam materiæ in col lum trahant, ne vel strangulet, vel in pul mones conuertatur, ad text. 30. ex 4. de acutis, quia ꝑ verò prædictus pulmo nbris caret, quibus sentiat, ob id non dolēt, vt antea, & paulò liberius spirant, libera tis faucibus: quod etiam ex pulsu noscitur, qui mollis est, ordinatus, & aqua lis cum facilis, & aquabili respiratione, per ea, quæ dixerunt Doctores ad text. allegatum ex prædicto Prognost. Durus enim inordinatus, & inæqualis in mem brum princeps translatum esse humorē denuntiat: Pulmonia ꝑ ergo, morbus acutissimus, in locum Anginæ perniciöfissimæ substituitur, mortal is, quod vires antecedente malo fractæ, morbum succedentem non ferant. Amplius morbus ori tur secundarius, priore deterior, & planè mortal is, facit text. 10. ex 5. Aphoris. Quicunque Anginam effugiunt his in pulmonem vertitur, & septem diebus moriuntur: si verò hos effugiunt, suppatri fiant. Vallesius ad eundem text. Raptio succo in pulmonem, fit peripneumonia, quæ brevioris constitutionis est, quæ pleuritis: quia etsi à frigidiori succo per rumpqué fit in loco tamen valde calidiori & cordi propriori, & per arterias, & ve nas magnas continuato: proinde, vt nu per diuerat, pleuriticum, qui per quæ tuor-

# MEDICINALIVM MORBORVM.

III

tuordecim dies nou perpurgatur, in suppurationem vertit: ita modo dicit, peripneumonicum, nisi septem diebus intereat, fieri suppuratum. Nimirum peripneumonia duplo acutior est, quam pleuritis, sed, quia ut est acutior, ita est periculofior, & magis lethalis, illic dixit, si quatuordecim diebus non purgantur supra: hic si non moriantur, insinuans, videlicet 13 pleuriticos & plures liberari, quam perire: peripneumonicos contra, perire plures, & eos quidem, qui liberantur per suppurationem liberari. hucusque Vallesius. Ad 14 Prognosticum allegatum, alterum & duobus expectandum esse notat Hippocrates vel mortem, quam nos ad hucusque dic quasi semper sequuta vidimus, vel si melius cum agroto agatur, bona forsitan eius tanta, ruboris, id est inflammationis redditum; & merito, hi enim & sunt fructus, qui colliguntur ex subitis subsidentijs, euanescentijs, & occultationibus: aut in grauiores alias passiones permuto, vt in casu nostro, Angina subsidens in peripneumoniam permittatur: aut malignus reditus: per ea, quae dixit Vallesius 3. Epidem. sect. 3. ad text. in Thaso decumbentem iuxta frigidam, versic. (Quia quod 16 repente euanscit) Concepto & ergo in pulmone vitio, & pulmonia oborta, in summa virium imbecillitate mortem sequuntam esse, quasi semper vidimus. Non negamus robore natura ad pristinum locum reuerti posse: potest etiam morbificus humor, & in pectore resolvi sine tuberculo, & sputis, & in pulmone ad suppurationem duci, illud fieri potest propter humoris tenuitatem, partis raritatem, circumfusii nobis Aeris raritate admoti medicamenti potentiam, & aeris virium robur: potest quoque materia in venas transferri, ac per aluum, aut per urinas excreni. Sed haec succedunt ut monstra in natura accidunt, quae rarissima sunt: vnum vidi mus suppuratum, at melius fuisse si ante mortuus fuisset: nam mille miserias passus: purulentus siquidem factus fuit, ex purulento tabidus, a tache mortuus. Ratio & cur Anginosi pulmoniaci facti, moriantur, est quia cum pulmonis inflammatio successione Angina oriatur, causam habet bilem, & illam feracem, & copiosam, ex qua erysipelas toto viscere effusum, nascitur cum intolerabili incendio. Hec celerrime iudicatur, propter predictam bilem, quae cordi vicina, & aduersissima, diu sustineri non potest iudicatio quae quasi nunquam est ad salutem, ad mortem quasi semper propter supra-

dictam rationem, quia vires antecedente morbo fracte, nouam iniuriam non possunt terre. Confirmatur mortis & praesagium, si die aliquo fatali materia praedita in pulmones transferatur initio recurrente exsypelate propter rationem, a nobis sapienter repetitam, ex fiducia, quam dies ipse prestat, malitiam suam confirmat, prout in predicto de Monaca. 19 Et & concludendo dicimus, diffusam Angina materiam, aut translatam in pulmonis bronchia, nec ibi consistentem, per sinus cordis, & cavitates transire ad hypochondria aliquando, in quibus non solum dolorem excitare, sed etiam in transitu duo alia symptomata, syncopem, & tremorem: eo ipso temporis momento, quo ager, remissa gutturus angustia, allevatus videbatur, per ea, quae dicit Avennas: quo casu ferè de repente pulsus languescit, ac parvus, ac rarus percipitur, calor nativus dissipatur, vitalis spiritus resolutus, cordis motus depravatur, uno verbo, facultates omnes concidunt, & facit diuinissimus textus. Vxoris Polemarchi, ex 5. Epidem. versic. Circa quintam genu dolor: tumor sinistri: & circa cor videbatur ipsi aliquid colligi, &c. ubi Doctores: quem casum ad huncusque diem semel vidimus. 20 Non obstant & in contrarium allegata, quia quandiu durat translatio predicta, id est, dum est in motu a gutture ad pulmones, quod solet esse per diem, aut alterum, & aliquando breuius, aer alleuiari videtur, priore morbo defuncti; at ubi tota fluxio pulmonem obsessit, & in eo cumulata est, miseriae insurgunt. Et ad illud, quod dicebatur de die, iam dictum est, quod ex eo confirmatur praesagium salutis, vel mortis, die praestante fidem. Et haec breuiter de ista Decisione.

## S U M M A R I U M

- 1 Febris continua, cui aponia die quatuordecima alijs signis omnibus salutibus existentibus, superuenit.
- 2 Aphonia. seu vocis priuatio est terrible symptoma. & nu. 15.
- 3 Signum vlti est adeo salutare cum quo aliquis non perierit, & e contra.
- 4 Aphonia, morbo iam progressa, superueniens, est mortaliss.
- 5 Affectiones omnes magna, viribus fractiss mortales.
- 6 Signorum omnium significaciones firmiores sunt diebus fatalibus.
- 7 Aphonia est testis omni exceptione maigre

8 Die-

- 8 Diebus fatalibus natura recte agentis motus conspicue elucescit.
- 9 Vox in febre intercepta sine iudicatione mortem cum tremore afferit.
- 10 Aphonía in febre, signis alijs omnibus contradicentibus morbum diuturnum facit.
- 11 Signum quocunque, quod valde multi est et si ex alijs videatur homo esse salubriter affectus, magnum malum denuntiat, & quod sit.
- 12 Aphonía die quatuordecima apparenſ diuturnitatem significat. & n. 14. & n. 21.
- 13 Acutorum morborum finis est quatuordecima dies.
- 14 Aphonía in febre decimaquarta superueniens, longum morbum facit.
- 15 Aphonía est terrible symptoma, et à qua causa.
- 16 Aphonía causam esse cerebrum, quomodo cognoscatur.
- 17 Aphonía, alijs signis pernicioſis coniunctis, mortem nuntiat.
- 18 Signa prava non sunt eiusdem valoris.
- 19 Signorum non consideranda multitudo, sed vires.
- 20 Text. 49. Comment. 2. Prior. Prorrhet. explicaſio.
- 21 Aphonía nullo alio accidente signo pernicioſo, diuturnitatem ſolum demonſtrat, & ibi amplia, & limita.

**A R G U M E N T V M .**  
Febris continua, cui in decima quarta ſuperuenit Aphonía, ſeu vocis interceptio, alijs omnibus signis renitentibus, diurna eſt, & non mortalis.

**D E C I S I O X X X X I I I .**

**F**rancisco filio Hieronymi Cangialosi, qui ex alijs omnibus signis non pernicioſe habebat in febre continua & quatuordecima die aphonía, mutitas, ſeu vocis interceptio, tanto ſympotmate perterriti parentes, conuocarunt Medicos, (me non praefente, qui curationi p̄fueram) inter quos unus fuit Ioannes Baptista Cremona, qui considerato caſu, pronuntiarunt, agrum mortis reum, quod videbatur iuridicē pronuntiatū: primò, quia ſuocis priuatio eſt terrible & ſympotma, ad text. 62. Cum autem infibribus terrible aliiquid quinta die fiat, veſi. Aut vocis priuatio, ex 4. de acutis. Secundò, quia ſicuti via eſt ullum adeo ſa-

lutare & ſigntum, cum quo non aliquis interierit, per ea, quæ dixit Vallesius ad text. Conuulfiones autem 1. Epidem. ſect. 2. fol. mihi 21. versic. (via,) ita via eſt aliquod ex pernicioſis signis, ex quo aliquis non mortuus fuerit. Tertiò, quia cum ſuperueniſſet huiusmodi voceſ interceptio, morbo & iam progreſſo, quia in quatuordecima die videtur ſuperueniſſe non impeditis vocalibus instrumētis, ſed neruorum principio grauiter affecto, & calore vitali, ad extinctionem properante: hinc infaustus exitus, ad conclusionē medicinalem. Omnes aſfectus, qui magni ſunt, fractis iam viribus mortales ſunt. Sic in omni morbo grauore, ut peripneumonia, pleuritide, phrenitide, Angina, & ſimilibus, qui cum virtutis imbecillitate coniuncti ſunt, mors expectanda. Etenim ſi ex his, qui viribus valent, pauci ſeruantur, infirmos enadere non poſſe, perſpicuum eſt. Quartò, quia huiusmodi voceſ interceptio facta eſt in die & quatuordecima, & per confequens die fatali, quo die ſignificationes omnium ſignorū firmiores fieri, diuimus in Decisionibus p̄cedentibus, ad conclusionem illam generaliſſimam ſignorum omnium, que bona, ſine mala ſint, firmitatem, ac fiduciam, ex diei fatali ratione, & eius, quod factum eſt, constantia haberí. Duplici ergo nomine periclitari agrum poterat dici, & quia aderat ſympotma prima nocte, tu dic & teſtis omni exceptione major ſecundò, quia in tali die, ſcilicet, quatuordecima, & per confequens fatali, quo die natura recte agentis & motus conspicue elucescit, & certamen contra morbum instituitur ad ſalutem, vel ad perničiem. Quintò, poterat allegari textus in puncto. Quibus vox in febre & intercepta ſine iudicatione cum tremore moriuntur clarius. Grauifſimo certamine commiſſo plurima ſympotmata moueri certum eſt. ex Galeno in Decretorio: vocis ergo interceptio nihil deterret Medicū, certaminis p̄dicti ſpectatorem, ſi excretioni ſequatur, ſecus ſi nulla, quia materia, quæ p̄dictam vocis interceptionem intulit, concluſa cerebro; alios quā in vocales neruos occupans, & motricem potestate violans, tremorem afferit: unde mors.

His tamen non obſtantibus, cum accessiſſem ad visitandum p̄dictum agrum de ſero, videns parentes multum maſtos, quia de ſucessu illo eram informatus, cępi ſubridere, & propter illud ſympotma, & teſtem omni exceptione maiorem, in tali

tali die superuenientem, absoluendum, & liberandum ægrum, sed per multum tempus carceribus ægritudinis mancipandum ægrum, uno verbo supra longitudinem morbi † pronuntiaui, nō supra mortem. Ratio, quæ me mouit, erat, quia, etsi vocis interceptio sit terribile symptomæ, ad text. supra allegatum, & testis omni exceptione maior, quia tameu iste solus testis deponit, sic omnibus alijs testibus omni exceptione maioribus contrarium dependentibus, vt pulsus validus, vrina semper bona, facilis spir it⁹, vultus à sano nō diuersus, color optimus, mens sana, optimè se habebat ad vitæ necessaria, quod cuncte signum appetet, quod † valde malum est, etsi ex alijs videatur homo esse salubriter affectus, malum magnum timeri debet: ( non enim sine causa fit ) quod in equalitudo: quid aliud est, quam difficilis iudicatio, & morbi diuturnitas? merito ergo erit hæc vocis interceptio innoxia, diurna tamen ægro, quia ex alijs signis videbatur non esse mortaliter affectus. Præcipue verò in prædicto die fatali, quia tali die significations omnium signorum firmiores sunt, v supra. Inter fatales verò quatuordecimo, maximè ap parétia diuturnitatem † significant, quia acutorum exacte † his ultimus finis est, per ea, quæ dixerunt Doctores. Si igitur exactis omnibus acutorum finibus, incipiunt longitudinis signa denuò apparere major significatur productio, quam si prius apparuerint, per ea, quæ dixit Vallensis ad 4. de acutis, ultra supradictas rationes, est textus rotundus 65. ex prædicto 4. de acutis. Cum febricitanti decima quarta die † aphoniam accelerit, non consuevit solutio cita, neque morbi decessio fieri, sed tempus significat, cum autem apparuerit hac die, diuturnius coincidit. hucusque textus ubi etiam Doctores. Euentus confirmavit nostram sententiam, Dominis Collegis in contrario voto existentibus: nam ad longum tēpus ægrotauit, & nobis curantibus, tandem sanitati Deus restituit.

Non est negandum, vocis interceptio nō esse terribile † symptomæ, cuius causa vel sit in cerebro, vel in larynge, & eius musculis, aut neruis, vel in musculis thoracis, vel in spiritu vitali, cuius contractione, vt in metu, homo interdum obmutescit, aut certè tremulam, ac imbecillam vocem reddit. & idem iudicium de eiusdem spiritus dissolutione, aut suffocatione, vt in syncope, & hystericalis affectionibus. Cerebrum enim, grauiter affectum, tribus modis hominem vocem priuat: aut

quia opprimitur, vt in apoplexia, & comitiali morbo: aut quia venæ crasso sanguine intercipiuntur, vt in melæcholicis ad text. 23. Fieri autem aliquæ repente sine voce, venarum interceptiones faciunt, ex & de acutis, vt annis elapsis in Illustris. & excellentiss. Duce Terræ nouæ, vel organa valde desiccata sunt, vt in catalepticis: aut quia ipsū cerebrū resolutū est, vt in his, qui vita ista miserrima & mudi fabula funguntur. Agnosei autem cerebrū in causa & esse, aut primas partes spinalis medullæ, quia tū vñ cū voce aliae functiones lèdūtur, vt sensus, motus, In larynge verò & eius musculis, ac neruis tumor, angustia, musculorum, aut nerui recurrētis conuulsio, vel paralysis, vel valida refrigeratio, vel causa externa, vt vulnus. vocis interceptionē inferunt integris alijs cerebri functionibus. Idē fit musculis intercostalibus, aut resolutis, vt in magnis vulneribus, aut cōuulsis, in spiritus vitalis vhemetiore cōtractione aut dissipatione, aut refrigeratione, vt in stragulatu vt ei color paller, aut liuet, quoniā colores sūt effectus caloris innati: pulsus nullus aut lāguidus est: torpēt sēsus, ac motus. In valido quoque dolore externo, resoluto spiritu, vt & in latitia ( licet feratur extorsus copiosus,) cor quasi indignū repente retrahit ad se ex toto, vnde destitutis externis membris, sequitur impotētia, aut animi de liquiū, & interdum vocis interceptio prædicta. Cū ergo tot modis vocis interceptions fiat, nō est negandū, quod in omni casu terribile sit symptomæ, & iusta cautione. Si quod ergo aliud † ex terribilibus signis ei accedit, vt puta, vrini praua, vt nigra, vel aliquod aliud ex terribilibus signis, & primæ notæ, vel omni exceptione maiorū, veluti virtutis imbecillitate, significabit sine dubio mortē, eāq; celerē, quia oīa cōspirant in vñū, scilicet in periclitè agri: nullū. n. signū tā perniciōsū est vt solū renuētibus alijs omnibus, admodū firmū signū mortis esse possit: sed cuius oportet aliqua alia attestari, aut saltē nō aduersari. Neque verò quodvis signū alij cuiq; attestari parē fidē habet, sed tquz-dā quibuscda attestatiā, addūt, & aduersari detrahunt multā fidē: vnde nō tam est considerāda signorū † multitudo, quam vires esse cōferēda bona malis, ac præstare nō unquā vñū pluribus, ad text. ultim. Oportet autem eū ex prognostic. quas syndromes in præagiō soleo mihi consultādo cōsiderare, de quibus in Catalogo nostro hubrimè scripsimus. Huius doctrinæ accommodissimum exemplū pro iurioribus, est text. 49. In ardētibus febri-

bus cū aliquantula perfrigione, deiectionibusq; aquosæ bilis multis, oculorū peruersio, signū malū, tū alias, tū si catochi fiat, Comment. 2. Prior Prorrhet. Ex quo principū omniū facultatū principia, atque instrumēta affici videmus, & in singulis grauissimā esse affectionē. In corde si quidē venoso genere, & ventre dominari videmus febrē ardente cū perfrigeratione partī extimarum ob inflammationē, vel multā, ac synerā flauā bilē, quæ illic cohibita exstūtūtū instar erysipelatis. In hepate, & vicinis partibus, tū imbecillitatē, tū incendiū, excrementa alui denuntiant: biliosa ab astu, tenuia, & aquosa à cruditate. Coctio n. oīa cogit, & incrassat quā nō solū sūt signa praua, sed etiā causæ. Quia frequēs defurgandi necessitas vires celeriter deiecit, tū ob laborē, ac spirituū dissipationē, tū ob sōni priuationē, qui pro remedio febris ardētis merito habeant, siquidē hamectat, refrigerat & spiritus reficit. Ad has miserias accedit oculorū peruersio, quæ cerebrum affectū esse denuntiat: vt merito æger moriatur, cū tam signa terribilia in perniciem ægri videantur conspirare. Quando ergo vocis 21 interceptio est sola, + nullo alio accedente terribili signo, vt in prædicto de Cāgia losi, nō supra mortē, sed supra longitudinē. Hec verò significat ita, quia signū mortale est, & quodcūq; tale cui reliqua oīa renunt, vt pulsus fortis, vrina bona & reliqua, significat longitudinē. Quā doctrinā amplia tu ad terrible quodlibet aliud symptomā, præcipiā in prædicto die fatali, ad text. diuinissimū. Cōuulsiones autē multis, magis autē pueris, & à principio febricitabāt, & in febribus fiebat cōuulsiones: diuturna autē plurimis horum, innocua, autē, nisi ijs, qui ex alijs omnib. perniciose habebāt, 1. Epidem. Cōmen. 2. videte si potest esse magis terrible symptoma est cōuulsion post febrē, quæ quantū sit grauissima. quilibet Medicus scit, & tamē quia est sola cōuulsion & alia signa renunt cōspirantia in salutē ægri, saluatūr æger. Quam doctrinam, & veritatē limita nisi prædictus æger incidat in aliquē Medicū stolidum, vell inexpertum, & hac breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Sexti Tarquinij stratagema.
- 2 Zopiri ex Principibns Darij stratagema.
- 3 Febres quedā ardentes malitiosæ sunt; & quomodo.
- 4 Puſtulae rubentes quomodo erumpant.
- 5 Puſtulae in superficie corporis erumpentes, aut mortales aut difficilis iudicij.
- 6 Viscera grauissimè affecta quomodo co-

gnoscantur:

- 7 Rubor in febre ardente in brachio ali quando comparet.
- 8 Color ruber facit animum.
- 9 Perseuerantia, & copia signum valoris virtutis.
- 10 Abscessus optimi conditio quæ sit.
- 11 Erysipelas foras conuerti bonum: idem de rubore.
- 12 Rubores, in extremis partibus corporis in febre orti, mortales.
- 13 Rubor in manibus, & pedibus pernicioſior nigrore.
- 14 Excretio cæpta, & definens, quid signifiet. Idem & de abscessu.
- 15 Febris ardētissima quæ sit.
- 16 Exolutio cuius vitæ primò fiat in ardore.
- 17 Exoluta natura, extremitates brachiorum, vel pedum solent rubefieri.
- 18 Textus Ambarentes si manu contigeris, expositio.
- 19 Natura deiecta nulla excretio, & nullus abscessus salutaris.
- 20 Conflictus ferripotest cum signis periculosis, sed est perniciosus.
- 21 Rubores in extremis partibus orti, quid significant.
- 22 Color ruber quando salutaris.
- 23 Perseuerantia quando pessima.
- 24 Distantia à parte affecta quādō bona.
- 25 Erysipelas quando mortale.
- 26 Rubores in extremis partibus in febre, quando mortales.

## A R G V M E N T V M.

In ardētissima febre rubores in manibus, vel pedibus apparent, vt plurimum mortales sunt.

## D E C I S I O XXXXIV.

- 1 **S**extus Tarquinius † Tarquinij filius, indignè ferens, quod patris viribus expugnari Gabij nequirent, dolos armis valentiores excogitauit: quibus intercep tum id oppidū Romano Imperio adiiceret, subito se ad Gabios contulit, tamquam parentis fæuitiam, & verbera, quæ quæ voluntate sua perperitus erat, autu giens, paulatim vniuersiusque fictis, & compositis blanditijs, allecit benevolentiam: vt apud omnes plurimum valoris sit consequutus. Tandem excellētissimorum quemque Gabinorum, aut morte cōsumplit, aut exilio submouit: Quia eadem astucia, & simulatione vslus Zopitus, vñus ex Principibns Darij, † Persarum Regis, vt Babyloniam Persarum Imperio subjiceret, domi se verberibus lacerari toto corpore iublit: & titulo trāstugæ Babyloniam, eiusq; Imperiū Dario prodidit.
- Quæ-

Quodam & febres ex genere ardantium, indignè ferentes, quod viribus expugnari ægri non possunt, tu dic siti intolerabile æstiuo tempore, & calore exsistentis simo, ad text. i. & 4. ex 4. de acutis. Dojos, & malitias, viribus valentiores, ex cogitant: & titulo transfugarum, quasi sauitiam naturæ aufugientes, à partibus nobilibus portio quædā ex succis, & qui ob malignam putrescentiam bullierunt, ad cutim erumpit, vbi quasi prædicta vera excitat, ad text. Quibus articuli in superficiem rubentibus pustulis consperguntur, vbi riguerunt, ventre, & inguinalibus erubescunt, quasi inflictedis plagis, dolentibus, & moriuntur. hucusque text. Quo dolo, & fallacia infortunati ægri, aut morte & consumuntur, aut longo exilio à sanitate submouentur; aliquando eadem quasi verbera in extremitatibus corporis excitant, prout in hac Decisiōne.

Ioannes Petrus Rao febre ardente tenebatur, (curabatur ab Alesyo Giaruto, in visitando ægros iam facto sene) qui cū substituisset æstus, & sitim, quibus per febrem illam, diu fuerat vexatus: tandem visceribus grauissimè affectis: nam & aderant vigilia, & ad necessitatem non lababatur, nisi artificio Medico & excrementa erant exucca, & capillo stercori perfimilia: eiusmodi rubor in brachio de astro & comparuit, ad quem cum accessissem, sic tunc volente V.I.D. Don Gaspare de Bona, olim Magnæ Regiæ Curiæ Iudice satis bene merito. Prima facie poterat dici, quod eum color ruber in manculis per totum corpus erumperatibus, faciat & animum, ut ex Vallesio alibi dicimus eumdem in prædictis ruboribus: tanto magis, quia prædictus rubor extē debatur ad extremitatem prædicti brachij, & sic erat in copia; & quia etiā persenerabat, poterat dici, quod vi naturæ, viscera expurgantis, eiusquè valore, cuius signum eudentissimū copia, & per seuerantia, per ea, quæ diæverunt omnes Doctores. Amplius habebat illam optimam conditionem optimorum & abscessuum, longè distans à parte affecta. Tandem cū eadem sit ratio istorum ruborū & erysipelatum, per ea, quæ diæverunt Doctores ad textum, nunc allegandum: nam eodem vestitu, eodemq; ornatu inde dāt, nihil est, quod turbemur, ut dixit Alexander Darij matri, si erysipelate foras conuerso sit ad utilitatem ægri, ad text. & vulgatum ex Aphorismis. Idem sit de rubore prædicto. At contrarium est: nam

12 in isto casu ægri & moriuntur, prout morbus prædictus de Rao, me tunc sic prædicente, & erat mecum prædictus de Bona, Visceribus enim grauissimè affectis, sanguis acceditur, quem effusum, partes extimæ, præsertim manus, ac pedes excipiunt per vase, quæ in ipsis finiuntur; & quia sanguis ibi sistitur, & quia minus obiectæ sunt carnes, haud secus, atque in calidis affectibus iccoris, & morbo Gallico, volvuntur manuæ in calidiores percipiuntur, & herpete laborant: sanguis enim non ibi corruptitur primū, sed in ipso, quasi fonte, iam corruptissimus eò refluit. Haec itaque ruboris germen est intus, vbi vbi materia prava continuò generatur, feruet, ac putrificet: putrescendo febrem accedit malignam & sèpius pestiferam, cuius portio in partes infirmas diffunditur: Atque his rubores, mortales, quos quasi semper obseruauimus, ut annis elapsis in condam Reuerendiss. Domino Fratre Archangelo Gualteri, Montis Regalis Prælato dignissimo, & vita sanctissima. Et hoc voluit dixisse Auicennas licet sub enigmate, dicens. Ruborem in manibus, & pedibus deteriore, & pernicio-  
13 siorem esse & nigrore, quia nigror materiæ solum decubitum, & spiritus vitalis interceptionem demonstrat: rubor præter hæc germen habet in partibus nobilibus, grauissimè affectis. Quod misterium Arabes alij Doctores in experiundo, & medendo non ignobiles, diligentissimè obseruarunt, & dixit Alleyndus, licet verbis barbaris. Et Hippocrates in Critone cui pedis dolor incipit fortis à dígito magno eretè ambulant: decubuit eadē die, horridus, aëxiosus, parum subcalefactus, nocte deliravit. Secunda tumor per totum pedem, & circa talum subrubet cū contentione, vbi Mercurialis: sed & alia est ratio, cur hi rubores planè mortales sint, quia eadem est ratio ipsorum, & stilæ sanguinis, per ea, quæ tradunt Doctores grauissimi. Omnis & cæpta excretio, omnisque abscessus, qui vbi fieri cæperit, statim definit, duorum alterum significat: nam vel materia illa, tanquam stimulocicitatæ, ab affectis effunditur partibus, quia ob copiam non potest tolerari, ut morbo ineunte, & prout non in nostro casu: vel natura ad summum ferè gradū infirmitatis peruenit, quæ superflua excernere quidem conatur, sed nequit, prout dixit Glosa in Prorrhet.

Domini ardentiſſima exiſtente febre:  
15 (Nam si manu contigeris & manum ægri frontem, thoracem, hypochondria, vehe-

mens se prodit ardor) in corpore sequente, spiritus in halitum dissipatur, insitus calor oppugnatur. In summa nulla pars non violata permanet, & viscera principalia valde laeduntur, per ea, quæ dixit Mercurialis ad text. allegatum. Critonis  
 16 Ex quibus sequitur exolutio primū & vita, quæ in corde sita est: deinde reliquarum potestarum animæ, quibus vita conservatur. Hoc tempore extremitates brachiorum, vel pedum, solent tubefieri  
 17 admodum & coralli, ut Arabes loquuntur, vel ut Hippocrates, rubore valde rubenti, cù pôderositate, Barbari Doctores, barbare loquentes, Hippocrates torpidi inducta grauitate corporis, & tandem moriuntur, ad text. in puncto, à nullo Doctore quem vidi in ista materia apportatum.  
 18 Ambarentes, si manu & contigeris, torpidi, sisticulosi, anæj, intercepta alio, inducta grauitate corporis, exoluuntur; est autem cum velut ambusta in pedibus, valde rubentia, talia significant, hucusq; textus. Illud, quod Halleyndus (admodum corallii) Hippocrates dixit (valde rubentia) & quod dixit idem Halleyndus (cum ponderositate) elegantissimus senex (inducta grauitate corporis) dixit. Hic intrat conclusio medicinalis, virtute exi-  
 19 stente deiecta, nulla & excretio, nullus abscessus salutaris, fundata in textu 6. Comment. 2. Prior. Prorrhet si intercepta aliua parua, nigra, velut caprarū sternora ad necessitatem demiserit, per narres eruptio fiat, malum. hucusque text. Ex quibus significatur & cum periculosis  
 20 signis & conflictum fieri posse: et si fiat, perniciolum esse, rationem vniuersalem, tanquam conclusionem supradictâ assert Galenus. Viribus inquam infirmis nullâ excretionem, nullumè abscessum sustineri posse; & propter hoc, & propter significatione diffusionis feruentissimi sanguinis, & facultatis tum animalis, tum  
 21 vitalis emorientis, quæ onus & materiæ morbificæ. & membra amplius ferre non potest, actum sit iam de vita ægroti, prout nos longa experientia vidimus. Vnum tantum saluatum vidimus, nomine Herculem, quem curabamus apud illustriss. Aloysium Mastrantoni, annis elapsis dignissimum Vrbis Prætorem, & nunc iterum eiusdem Vrbis meritissimum præfetu, quem nobis curantibus, Deus sanavit, quod non destruit doctrinam vniuersalem, cum in natura succedant monstra, & ita in arte.  
 22 Non obstant & apportata in contrariū, & Primò non obstat illud quod dicebatur

de colore rubro, animum faciente, Nam ibi loquitur Vallesius in maculis per vniuersum corpus, quæ legibus salutaris abscessus erumpentes, dant animum Medico, & salutem ægro pollicentur, secus est de istis ruberibus, qui quasi semper erumpunt sub finem morbi graui inteperie, in mediocorpore sequente & intus habet germem. Nec quicquam facit illa perseverantia  
 23 ruboris: febre & sequente, nam arguit predictum germen habere intus. Nec ob  
 24 stabat quod longè distaret à parte & affecta, cum illud, quod distaret, pusillum sit, ingens vero copia, seu germen maximum intus. Tandem nec pariter obstare videbatur illud, quod dicebatur de erysipelate, nam cum eo plurimi etiam moriuntur ægri, vel intro & conuerso, vel malo  
 25 increcente appareat, & sub finem morbi, iwt in casu nostro, in quo visceribus  
 26 grauiter affectis, febre & increcente, & sequente, rubor predictus apparet ad ruinam ægri, & hæc breuiter dicta sint de ista Decisione.

## S V M M V R I V M.

- 1 Emmanuelis Philiberti, Subaudienſis Duci; honor, & gloria in quibus consistebat.
- 2 Morborum malitiosorum in eligendis locis malitia consistit.
- 3 Morbi malitiosi circa lumbos, ut plurimum castrametantur.
- 4 Morbi malitiosi iuxta facultates corporis nostrum regentes castrametantur, ut parotides.
- 5 Parotides quantumuis criticè erumpant se per suspectæ sunt, ut & bubones
- 6 Aurium dolores semper sunt suspecti.
- 7 Ex auribus, & propter aures plures tertio die moriuntur, & eius explicatio.
- 8 Cols dolor omnibus præfertur, exinde auris, deinde oculi, post ventris.
- 9 Auris si doleat, lanam digito circundans, vnguine aliquo intingere.
- 10 Auris dolor fallax.
- 11 Auris dolor cum febre continua parte intima, & imo, meatu audiendi affecto à tenuissimo sanguine, & irruenit, & putrescente.
- 12 Auris dolor cur grauissimus in pueris. & n. 22.
- 13 Ab auris dolore cum febre aliquando delirium.
- 14 Ex auris dolore plerique moriuntur subito, ut & apoplectici.
- 15 Auris dolor in febre aliquando remittit.
- 16 Auris dolor in febre remittens, quando mortalis.

- 17 Ex auribus morientibus modus mortis,  
 18 In auris dolore Hippocrates exhibuit  
 succum mercurialis ad expurgandum.  
 19 Morbi aliquando sunt insuperabiles.  
 20 Vicina & principio de proximo colliga-  
 gata, semel violata periculosa sunt.  
 21 Tempora summo periculo concutuntur.  
 22 Auris dolor cur periculosis, in acutis, et  
 propter quid, & quando mortalis, &  
 ibi limita, & sublimita.

## ARGUMENTVM.

Inflammatio auris cum febre continua est malitiosa, & fallax, qua ceteris signis in perniciem agri conspirantibus, mortalis efficitur.

## DECISIO XXXV.

**V**NIVERSA Serenissimi Emmanuelis Philiberti olim Sabbaudensis Ducas, & virtus honor, & gloria, in eligendis castris consiliebat, quorum naturam spectabat, ut non solum parandis copijs, & aduersus irrumpentes hostes munita essent, si qui fierent conatus, verum etiam (quod erat præcipuum) ne longe distarēt à finibus prædictorum hostium, ne tarditas itineris eriperet facultatem rei præclaræ agendæ. Morborum callidorum, & dolosorum & malitia consistit in eligendis locis, parandis copijs. Vnde plurimi eorum iuxta lumbos & castrametantur, ubi nerui, & musculi lumbares, spinalis medulla cum suis membranis, renes ipsi, qui in febre primi ferè. ac multum incalescunt ob viciniam venæcauæ, & arteriæ multaque pinguedine obducti, calorem febrilem augent, & conseruant, adiuuante decubitu in dorsum: amplius vena ipsa magna, & arteria: item vasa spermatica, & vasa renum, vesica, vteri hæmorhoidum, mesocolon, & totius corporis, veluti sentina. in quibus locis consistentes non eripitur ei occasio rei præclaræ gerendæ. ad text. Ex doloris lumborum recursu, peruercio oculi, malum, ex Prorrheto. & ad text. Quæ ex lumbis ad collum, caputque redundant, resoluuntur paraplectico modo, conuulsua, & mentis vacillationem parentia: an & talia conuulsione soluantur, Comment. 3. & tandem ad text. Ex lumborum doloris recursione in os ventriculi febriculosi, inhorrescentes, euomentes tenuia, aquosa, mente aberrantes, muti, ubi nigra euomuerint, moriuntur, ex eodem Prorrheto. vt merito, quibus lumborum dolor, eos male ha-

bere, dixerit Imperator Hippocrates. Plurimi eorum iuxta facultates, corpus nostrum gubernantes & castrametantur: tales sunt parotides, quæ & cerebro vici. næ sunt, & in eo german habent: interdù etiam in venoso genere: vnde quantum. quis & criticè erumpant, ab illa tamen conditione bonorum abscessu, longè à morbo fieri debet, recedunt, obidque semper suspectæ sunt, timoremq; incutientes prudenti Medico, vt, & Bubones. Tales etiam sunt dolores & aurium: nam per aures, & ex auribus & plerunque tertio die moriuntur, ad text. 15.6. Epidem. sect. 6. Ex auribus significat interdum primo aurium affectu id accidere: per aures vero, ex consensu, per ea, quæ dicit Glosa: etenim sape grauis morbus aures inuidit, qui continuatione quadam, ac serie altius per neruum, & membranas ad cerebrum usque manans, nec opina morte perdit ærum: sape etiam contingit, vt cum magna materiæ copia cerebrum obsidet, eam natura ad aures transmitat, & ægrotanti perniciem afferat. siue ergo pars ipsa proprio affectu labore, siue neruus, qui ad eam è cerebro fertur, siue ipsum etiam cerebrum plurimum faccens negotij, & ob id Galenus differentiam quamdam magnitudinis dolorum, faciens iuxta locos, in quibus sunt, colli & dolorem omnibus præfert; mox auris, deinde oculi, post ventris: proinde Hippocrates semper monet, animum aduertere, cum auris laborat, & ad recte curationem obeundam, & ad mali grauitatem cognoscendam. In hanc sententiam tendit text. 12. Si & auris doleat, lanam digito circundans, vnguine aliquo intingere. In fine text. Dolus. Doctores expoununt, vt idem sit, quod fallax, quasi quod dolor & auris fallax sit causa, quia hic locus solet sape pati leves morbos, nonnunquam verò graues. Ego sum huius sententia, dictu esse ab Hippocrate, quasi quod morbus ipse de se dolosus sit, malitiosus, & fallax. Primò, quia aliquando occidit tertia die, ad text. supra allegatum ex Epidem. Vel primo quaternario præter Medici expectationem. Secundò & melius, cum morbi fallaces sint, qui cum videantur esse sedati, aut etiam soluti, rediunt, per ea, quæ dixit Vallesius 6. Epidem. sect. 5. Tales sunt dolores aurium in febre, qui aliquando videntur esse sedati aut etiam soluti, & exinde, vehementiori impetu irruunt, & occidunt, ad text. in puncto. Cydis filio circa solsticiū hæmale, 7. Epidem. In quo à purgatione infecta

sexta die à mercuriali, & calor dolor cef-  
fasse videbatur: septima velut sanus: sed  
ad nonam auris dolor grauis, totam no-  
ctem prædictam, & diem sequentem, &  
maximam noctis partem non agnouit  
quemque: die verò ad se ipsum rediit, &  
dolores cessauerunt. Quid plura? Remisit  
dolor, & iusta ratione visus fuit remisisse  
quia quatuordecima à summo mane in-  
cipiens usque ad meridiem toto corpore  
sudabat cum multo sopore, ut ægrè exci-  
taretur: vespere autem experrectus est,  
& corpus moderatè perfrigeratum est: &  
nihilominus decima septima ad noctem  
correptus rursum est dolore earundem  
partium: delirauit denuò processitq; de-  
lirium ad maniam, ut tandem mortuus  
fuerit. Quia cum esset malitiosus, & fal-  
lax, huiusmodi fallaces remissiones fa-  
ciebat, & prout nos in facto vidiimus, dū  
hac scriberemus, in puerulo quodā, Don  
Vincentio Zumbo, de quo in hac Deci-  
sione. Puer prædictus dolore auris tu dic-  
ti inflammatiōne grauissima t cum febre  
continua tenebatur parte intima, & imo  
meatu audiendi sub dura, ac tenui mem-  
brana, intus ossa ambiēte, aut inter cras-  
fiorem meningem, & membranam, quæ  
audiendi meati prætenditur, aut in mu-  
sculo paruo mallei, & vicinis partibus ab  
aci, tenuissimoq; sanguine pertenui-  
res meningum venas, eo irruente, ac tan-  
dem putrescente, dolor t erat grauissi-  
mus, vt mihi mater eius retulit, & ego  
faciliter credidi: conueniebant enim do-  
lores grauissimi, omnes in vniuersum  
causa: sensus illius partis exquisitus: humoris aerimonia, membranas pungēs:  
calor vehementissimus, & copia dilen-  
dens, ac diuellens. Tertia die de sero vo-  
catus: fui informatus de casu, dixeruntq;  
puerulum à prædicto dolore t delirasse:  
vnde ego coniectatus fui, suæ ionem, quæ  
dolorem prædictæ auris concitabat, cere-  
brum conferim peruaisse: vnde prædictū  
delirium, sicuti quidam de repente t mo-  
riuntur, perinde atque apoplexici: sed  
tunc dolor remissus erat, febris etiam  
t remissa, pus ex aure fluxerat; at quia  
yrina t prava erat, dolor capititis ingens,  
pulsus multum languidus: consideravi re-  
missionem fallacem esse, & casum mor-  
talem, ad textum in punto, Auris acu-  
tus dolor cum febre continua, & vehe-  
menti, graue est: Periculum enim ne ho-  
mo desipiat, & moriatur. Cum ergo fal-  
lax hic locus sit, celeriter oportet anima  
aduertere omnibus signis à primo die,  
hucusque textæ Prognost. & quia dum

prædicto dolore tenebatur puer, quasi  
nihil sumpserat, dixerunt petiſſe parum  
laetis, quod ego libenter concessi ob ra-  
tionem intra dicendā; mane quartæ diei  
inueni puerū satis quietū, at signis prædi-  
ctis prauis perseveratibus, de necessitate  
moriturū prædixi, prout in facto succes-  
17 sit: quia ad meridiem eiusdem diei t cō-  
nulsus mortuus fuit, & dum moreretur,  
pertransiens dominus Alesyus, & infor-  
matus de morbo, mortis causam, dixit,  
fuisse sumptionem lactis, cum sic fuisset  
18 natura sua, quem Hippocrates t miti-  
gasset idoneis auxilijs in Cydis filio, tol-  
lere verò non potuerit, quia postremò,  
communicato malo ipsi cerebro, quod  
est mentis sedes, & neruorum principiū,  
cum delirio, & conuulsione moreretur,  
adeò malum perniciosum esset, & insupe-  
19 rabile, quia t omnia vinci non possunt,  
quantumuis Medicus arte repugnet, & in  
casu nostro nullum remedium fuerat fa-  
ctum, neque medicus vocatus.  
Concludamus, quæ vicina, & principio  
20 de proximo colligata, siquidem t semel  
21 violantur, ea periculosa sunt; hinc t tem-  
pora summo periculo concutiuntur, at-  
que vulnerantur; sic & auris interior, quæ  
in cerebrum definit, & per neruū è quar-  
22 ta t conjugatione cerebro proximè co-  
sentit, & re vera quantum licuit cognoscere experientia, grauis dolor auris in-  
terioris in acutis admodum periculosus  
est: nam est locus acuti sensus, & est vi-  
cinus admodum cerebro. illiq; dictis ner-  
uis continuatus, hac causa facile illi con-  
sentiet cerebrum, facileq; mala huius lo-  
ci in ipsum cerebrum transfundentur, ce-  
rebro ergo timetur mirum in modum, ti-  
meturque delirium, à quo mors; sed in  
hoc sitis attenti, quia reliqua signa debet  
in pernicie ægrī conspirare, prout ali-  
bi diximus. Si ergo posita prædicta in-  
flammatione, yrinæ pravae sint, vt confu-  
sa, aut crudæ, vires præter rationem in-  
firmæ, vigilæ, dolor capititis, & similia,  
desperatus casus est: Iuuenes faciliter in-  
terficiendo, ad text. subsequentē ex præ-  
dicto Prognostic. Moriuntur verò ob ve-  
hementiam doloris, & symptomatum in ca-  
lido, & bilioſo temperamento, in quo fe-  
bris ardens cum delirio ad mortem præ-  
cipitat ante suppurationem. Limita ta-  
men nisi sanguis è naribus effluat, ad text.  
Aurium dolor pertinax cum febre acu-  
ta, vel pus ex aure exeat, quod album sit,  
leue, & æquale. Sed sublimita hanc limi-  
tationem, dummodo alia signa salutaria  
consentiant ad excretionem prædicti po-  
ris,

ris, ut delirij, ac febris remissio, sonus arctus, & suavis, pulsus constans, spiratio libera, & præsertim vrina cocta: Nam Cratilonacta, & Pictoris ancilla supparunt parotides, nec tamen euaserunt, crudo adhuc aut putrente vasorum humore. Idem dicas de supradicta copiosa sanguinis è naribus profusione, quæ tunc prodest, com alleuatio symptomatum se quitur. Et hæc breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 Nihil non timendum vbi cum callido hoste pugnatur.
- 2 Nihil non timendum vbi cum malitioso morbo pugnatur.
- 3 Morbus malitiosus quando malitia sua utatur.
- 4 Caloris, & frigoris vicissitudo à qua causa fit.
- 5 Natura non docta, doctissimè omnia facit.
- 6 In caloris, & frigoris vicissitudine rigor aliquando mouetur.
- 7 Ex rigore refrigerationes, quæ non recalescent, male.
- 8 A rigore salutari corpus mollescit.
- 9 A rigore malitioso quæ symptoma a consequantur.
- 10 Ignorantia cum rigore, malum.
- 11 Recordari charismorum, ut uxoris, & filiorum, maximum habet momentum ad salutem.
- 12 Refrigeratio à rigore à qua causa fit.
- 13 Aegrum bene se habere ad oblata bonū.
- 14 Refrigeratio à rigore est irremediabilis. Q[uod] nu. 22.
- 15 Rigoris effectus duo sunt præcipui,
- 16 Iudicatoria non iudicantia, quando mortalia.
- 17 Corpus æqualiter vni benignis febribus inest.
- 18 Extrema refrigerari, medio corpore extuante, malum.
- 19 Perfrigerari quibus causis accidat.
- 20 Perfrigeratio quid sit.
- 21 A rigore quot modis perfrigeretur agri.
- 22 Calore extinctioni proximum quæ testentur.
- 23 A rigore perfrigeratio est immiedicabilis. & ibi amplia.
- 24 Ex rigore refrigerationes recalescentes, quæ bona.
- 25 Rigoris salutaris quæ præcipua conditio.
- 26 Aegrum ad cibos beneficabere non est multi momenti.

## A R G U M E N T U M .

Perfrigeratio totius corporis, vel extimorum partium, à rigore subsequens, mortal is est.

## D E C I S I O   XXXXVI.

- PREclarè fixerunt Antiqui Palladis Sapientia De scuto affixum fuisse caput Medusæ: Dicebat Prudentissimus Emmanuel Philibertus Sabaudiensis Prior ceps, non solum quia consideratio, principium, & prima pars sapientia, sed etiā quia homines ita sapientia ferrentur, vt lapidei propè & attoniti fiant. Vnde nihil non timendum vbi cum sapiente hoste callidoque pugnatur. Quoniam nulla vel antiquissima mania, nulla tormenta, nulli bellici apparatus, nullæ munitiones nullæ præpugnacula sunt cum sapientia ducum comparanda, quorum timiditatē & ignaniam vniuersa hæc facere inutilia asserebat. Nihil tamen non timendum Medicō prudenti, vbi à natura cum callido, malitiosoq; morbo pugnatur (Id in morbis malignis, & pestilentibus accidere solet) nam eius improbitate, & malitia vincitur insito calore eiusdem naturæ Vicario Generalissimo suffocato. Qua tamen malitia præsertim vitetur morbus, vbi a ger hora spatio vicissim refrigeratur, & incalescit: ibi enim simulat morbus fugam interim noua collecta mareria quasi copijs pugnam redeintegrat, rigoreq; excitato, qui est accessio, quæ non sit vi naturæ superantis, sed adiuncti morbi, & malitiosi, naturam prosternit, cuius signum est refrigeratio à predicto rigore, de qua in hac Decisione.
- Don Carolus Monte aperto nobilis Agrigentinus in febre pestilent: nam intra viii horas spatium modò ultra modum perfrigerabantur tamen partes extimæ, vt pedes, manus, aures molliculae, nasus, quæ accessionum initijs primæ omnium. tanquam à fonte caloris remotissima refrigerescunt: modò calescebant in qua fieri id putat Galenus: Nam calor medio corpore sanguis, & nativam caliditatem depascens frigida sape extrema relinquit: Attrahit enim ad instar ventosæ: rursus dum se loco monet, & transpirat, extrema calescit, & tandem dissoluta exhalatione, partes extimæ suo calore cassæ, nec iam aqueritio calida refrigescunt, in qua misera conditione reperta natura, quæ non docta doctissimè aliquando facta,

facit, quasi agnoscens se in discriminē versari, per momenta quādam virium vniuersarum, facta subito collectione, & vniōne, & facto agmine, causas morbificas aggressas, p̄atio, & commisso, rigor motus est, à quo p̄adictus āger refrigeratus, & post longum spatiū incaluit; curabatur à Francisco Caradonna supra quem fuerat vocatus Ioannes Cappello, Medicus eruditus, supra quos ego eorum minimus. Disputatū fuit inter nos, quid videretur de isto āgro. Primo poterat apportari in fauorem āgri text. 31. in pūto, comment. 2. Prior. Prorrhet. Ex rigore refrigerationes, t̄ quæ non recalescunt, malū. Glosa. Langorem caloris nativi, extictionemq̄e talis refrigeratio indicat, ergo à contrario sensu ex rigore refrigerationes recalescentes, bonum: ut non recalescere à perfrigeratione perniciōsum sit: nam sic Philiscus, (cui extrema frigida non amplius recalcantia) Obiit. Hoc idem in in Sileno) Extrema non amplius recaluerunt) & obiit. Omnesque alij, in quibus hoc annotatur; sic enim extincō caloris nativi, & victoria aduentu frigiditatis indicatur: & recalescere à perfrigeratione optimum sit. Secundò, tangebamus, & obseruabamus corpus āgri, & molle t̄ obseruabatur: vnde dicebamus, vbi natura superior est, & salutaris morbus est, vehementi illa concussione (qui rigor appellatur) incitato calore, & spiritum foras emouente, corpus emollescit, calet, laxantur via, & spiramenta corporis: ex quo liberatur āger, vel certe levatur morbo. At contra t̄ natura succumbente refrigerescit corpus, indurescit, atque astringitur, cum riget, & ab eo rigore. quem refrigeratio immedicabilis sequitur, torpor succedit obliuio, aliaq; id genus, quæ in Prorrheticō mortalia appellantur, ad text. 30. cōment. 2. Prior. Prorrhet. Ignorantia t̄ cum rigore, malum: malum quoque & obliuio: quod magis probatur, si post rigorem dixeris, & tamen p̄adictus āger omnium recordabatur, & quod magis referebat, t̄ charissimorum pignorū, recordabatur. Nam in Epidem. Omnia obliuio à rigore, & frigore, ab initio: vigesimo quarto meliusculè habere viſus est, & parum mente valuit, manentibus tamen signis mortalibus, trigesimo quarto obiit, Hippocrate curante, qui Apollonius ex quo decubuit, nullius etiam recordabatur. Vallesius. Nimirum omnium eorum, quæ quis amat recordari, & de eis loqui per-

morbū, bonum signum est, & vitalem hunc esse homines dicunt, quia de hac vita videtur cogitare contra, si quis neque charissimæ vxoris, neq; dulcissimorum pignorum videatur ullam curam habere, neque amicorum, quos vnicē dilexerit, recordari, neque rerum, quibus oblectari consueuerat, graue admodum est, & mortale. Hucusque Vallesius. Vnde poterat dici, quod t̄ illa longa perfrigatio à p̄adicto rigore suis est copia succorum crudorum, suffocata natura. Tertiò addebat, quod t̄ benē se habebat āger ad ea, quæ offerebantur: nam omnes cibos, omnes potionē, in summa omnia ad vitam necessaria accipiebat, & ipse exposcebat, vnde cum mente costaret, & benē se haberet ad oblata, poterat sperari aliquid boni.

His tamen non obstantibus determinavimus contrarium, casum scilicet irremediabilem, & morti locum esse ad text. Qui ex rigoribus paruis sudoribus refrigerescunt: malum, hucusque text. Cum enim rigor sit tanquam causa faciens perturbationem in corpore, ex Glosa, & nos diximus in Decisione p̄ procedēti: effectus vero rigoris t̄ duo sunt p̄cipui, materia translatio, & caloris extincō: nulla apparebant symptomata translationis, supra quam coniectari poteramus, ut facies flammea, dolor capitis, remanet faciem extictionem ex p̄adicta refrigeratione, & casum mortalem esse. Nam t̄ cum iudicatoria non modō nihil iuuāt, sed etiam lēdunt, mortalia sunt, ad text. ex 2. Epidem. Læsisse verò, & morbum inde auctum ostendebat perfrigeratio illa, quæ consequuta erat, ad doctrinam Glosa, ad text. 34 comment. 3. Prior. Prorrhet. Domini sicuti totum corpus aequaliter t̄ vī benignis, mansuetisque febribus sollet inesse, ad text. ex prognost. Caput, & pedes, versic. optimū verò est: Etenim calor in omnes partes diffusio primum ostendit, neque cor opprimi, ut calore à toto retrahere cogatur, neque obstruções validas esse, quæ caloris influentis motus ad extimas partes impedian. Amplius simplicem esse febrem sine natura infirmitate, dolore interiore, materia dissimili, aut phlegmone, saltem, quæ periculum mortis iniiciant, & dixit Glosa. Prorrhet. & de crisibus. Sic etiā in ejusdem acutis pessimum est medio t̄ corpore aſtuante, extrema refrigerari, & igneum calorem suas vires in visceribus colligere: etenim circum, & in extimis tantum perfrigunt magis, aut minus, prout imbe-

imbecillitas maior naturæ, & inflammatio-  
nis materia crassior totum ad se san-  
guinem, instar ventosæ traheatis fuerit:  
interius autem viscera vruntur, quod ex  
lingua eausta, iactationibus & stu circa  
præcordia, cognoscitur, ad text. 47. ex 4.  
de acutis. Quibusq; autem febres an-  
xæ sunt, vbi Doctores. Perfrigerantur  
19† quoque frustra tentanto conflictu: vn-  
de periculose materia træslatio sequitur  
ad text. 33. comment. 2. Prior. Prorrhæt.  
Aestuosi rigores. Tertiò perfrigerantur,  
& in perturbatione antecedente confli-  
ctum, ad text. 72. comment. 3. Prior. Prorrhæt.  
Quibus ampliter, & crebrò spiran-  
tibus, versic. Refrigerata fuerint. Quar-  
tò perfrigerantur moribundi, extincto  
calore nativo, vt glacie, & marmore fri-  
gidiores appearant: vnde perfrigerari  
symptoma est vehementis inflammatio-  
nis, ad text. 7. comment. 1. Prior. Prorrhæt.  
qui in hypocordio refrigerata febre: aut  
perniciose træslationis in caput ad text.  
E rigore cum capitinis dolore: vel sum-  
ma imbecillatis virium, & inopia oalo-  
ris nativi. Est autem refrigeratio, in qua  
20 ægri viæ calefieri possunt, sive sit in toto  
corpo, sive in extimis tantum parti-  
bus ostenditq; calorem nativum ab ea,  
qua in rigore facta est, perfrigeratione  
fuisse superatum, per ea, qua dixit Glos.  
ad text. 34. comment. 3. Prior. Prorrhæt.  
21 Dupliciter † autem à rigore perfrige-  
rantur ægri: aut enim calor, neque natu-  
rus, neque febrilis reddit, vt in moribun-  
dis, in quibus planè extictus est: aut na-  
tivo ferè resoluto, febrilis feroe ex hu-  
more iterum putrescente, corpus inua-  
dit, vt in prædicto nostro xgro. Tu enim  
humores inordinato modo feruent, quo  
rum calor exhalans, flammæ instar par-  
tes extimas seipsis frigidiores relinquit,  
ad textum ex Prorrhæt. Extremarum par-  
tium repentina in utramque partem mu-  
tatio, mala, & vterq; casus mortalis est:  
licet primus casus magis. In prædicto  
nostro ægro, calorem, extinctioni pro-  
22 ximum, testabantur, † pulsus languidi,  
parui, frigidus ex ore spiritus, nulla si-  
tis, vt merito moriturum dixerimus, si-  
cuti in facto successit. Concludamus  
23 † non esse remedio locum, quoties à ri-  
gore perfrigerat io sequitur, vel aliquod  
aliud symptoma primæ notæ, quod ego  
soleo appellare (omni exceptione maius)  
vt aphonia, seu mntitas.  
24 Non obstant † allegata in contrarium.  
Et primò non obstat textus 31. Ex rigore  
refrigerationes, qua non recalescant, tu-

dic (calore nativo redeunte) nam iste  
non valet, non autem calore febrili inor-  
dinato motu, motis humoribus, calore  
nativo exticto, vt in prædicto nostro æ-  
gro, qui incaluit calore febrili, & ferue-  
sciente, qua incalescens vituperatnr,  
ad text. 31. & 32. 2. Prorrhæt. Si ex per-  
frictione sudantes recalescant. Nec ob-  
25 stat † secunda ratio: nam ad prædictas  
conditiones rigoris salutaris defuit prin-  
cipalis conditio, vt excretio remouere-  
tur. Nec pariter obstat memoria præ-  
dicta: nam illa insurgunt à translatione  
perniciosa, in caput facta. Et tandem  
minimè obnire videbatur benè ad cibos  
26 † se habere, quia hæc conditio non est  
multi momenti, cum in hac etiam multi  
moriantur, & perterritus timore mortis  
id faceret, in nihilum mortuo iam calore  
nativo recreatur. Et hæc breuiter dicta  
sint de ista Decisione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Platonis dictum.
- 2 Platonis dictum ad militaria munia ac  
commodatur; d Pbiliberto.
- 3 Platonis dictum ad medicam disciplinā  
transfertur.
- 4 Humor noxious peculiari facultate pri-  
mordia vita tentat.
- 5 Medicus considerat apparatus morbo-  
sos, ut præueniat.
- 6 Apparatus morbosorum quæ sint signa  
& nu. 16.
- 7 Macula, velut morsus culicum possunt  
per corpus apparere, & absque febre,  
vrinis, & alii excrements, naturaliter  
habentibus, & nu. 90.
- 8 Macula, velut morsus culicum, quot mo-  
dis possint apparere.
- 9 Maculis apparentibus, vrina, & alii  
excrements, aliquando naturaliter ha-  
bent.
- 10 Maculis apparentibus absque febre,  
casus est valde verendus, & propter  
quid.
- 11 Apparatus morbosus sunt valde pericu-  
loſi.
- 12 Euanescens vituperentur.
- 13 Euanescensrum quot sint effectus.
- 14 Uno ex tribus principijs affecto, reliqua  
de facilis consentiunt.
- 15 Euanescensias ut plurimum febres in-  
sequuntur, & aliquando mors. & nu.  
20.
- 16 Ex maculis apparentibus, apparatus  
morbosus cognoscitur, & casus grauis  
est.

- 17 *Maculae nigrae, vel liuidæ disparentes, casus est valde verendus.*
- 18 *Macularum, ruborum, & filicidij sanguinis, vna est ratio.*
- 19 *Naturæ nibil moliri melius essit, quam frustra.*
- 20 *Maculae euanscentes in altum reconduntur, & morbus grauis expectatur, ut plurimum febris, & ibi limita.*
- 21 *Natura ad extinctionem properante, nibil operandum.*
- 22 *Natura ad extinctionem properatis nobile signum.*
- 23 *Maculis apparentibus, & permanentibus, an casus sit verendus.*

## ARGUMENTVM.

*aculis nigris, vel liuidis absque febre apparentibus, illisq; euanscentibus, pessimus est casus, has febris saxe insequitur, & exinde mors.*

## DECISO XXXXVII.

- 1 *Vbebat Plato † Deos tunc maximè per pietatem, & munera colendos esse, cum res maximè feliciter succedunt, vt illis placatioribus, & benignioribus vtamur si quæ res aduersæ contingent: Quod præclarum dictum, ad res bellicas*
- 2 *Bellicosissimus Emmanuel Philibertus Sabbaudensis Dux, utilissime accommodabat. Sic (dicebat tantus Imperator) Vrbes, & Oppida commodius, & diligenter muniri possunt per ocium, & pacem, quibus firmioribus postea propugnaculis vtamur, si bellum sit illatum: cum etiam multò validiores sint antiquæ, & quæ aliquantulum inueterarint, quam recentes munitiones. Nos ad facultatem medicam transferentes, dicimus (Disciplina enim militaris, & medica; sorores sunt) quod Medici tunc maximè per pietatem colendi, & adeundi sunt ab hominibus, cum res maximè feliciter illis videntur succedere, tu die cum fani apparent: Qui animo, sensuque omnes corporis partes lustrent, & circumspiciant, & recognoscant vtrum præcipue vna pars affecta sit. Deinde vr Duces in bello faciunt, considerant, ex qua in primis facultate periculum immineat homini. Sic enim commodius, & diligenter per ocium, & pacem muniri possunt, quibus firmioribus postea propugnaculis vtamur, si bellum à morbo inferatur.*
- 3 *Noxius enim humor, † qui ex putredine vim deleteriā sumit, haud absimilem ex-*

*ternis venenis, cuius ratione naturæ dominatu contineri nō potest, sed peculiari quadā, & abstrusa facultate relictis ignobilibus mēbris predictas facultates quæ sunt vita primordia, & origines tērat inficere. Amplius cōsiderat qui apparatus 4 † adhuc in predictis corporibus, nū graues, & per consequens parata ad graues morbos, & sic antevertūt præveniendo, quorum grauium apparatuū, pro modo 5 † signa sunt macula, velut morsus culicū, per corpus absque febre apparentes, de quo casu multū necessario, nos in hac Decisione. Reuerendo Patri Fratri Franciscō à Ficarra, Minoritæ, & huins Prouinciæ Siciliæ olim ministro, prædicti morbus culicum per corpus nigri, † at absque febre, & quod multū referebat, tum vrinæ, tum alii excrementa naturaliter habebant, qui nō multū tempus durauerūt, & euauerunt; positi in consultatione cū elegantissimo Mattheo Corbino, tūc Medicō ordinatio Connentus Diu & Maria Angelorū meritissimo dicebat prædictus Corbinus quod casus erat nullius mometi, quia cū huiusmodi macula, seu pustula, 7 in triplici casu oriri soleat. Primo cum viscus aliquod internum vehementi intēperie, & corruptela, vel inflammatione aliqua laborat, & nos non sumus in hoc casu, dicebat, quia ultra quod in febre apparent, licet ipsaū neque sint symptoma, ea progressa etiā comparent, qua ingrauefcente, eaq; progressa, mortem inferunt. Nos de illo casu alibi loquuti sumus. In prædictorum enim viscerum inflammationibus sanguis acceditur, quæ effusum səpiissime partes extimæ manus ac pedes excipiant, aliquādo cutis, cuius germen est intus, vbi materia prava continuo generatur, feruet, & putreficit: putredendo febrem accedit malignam, & səpius pestiferam. Secundo in febre pestilente, cuius propria essentia est, qua à ceteris omnibus febribus distinguitur, calidum putre esse, per ea quæ dixit Glosa 6. Epidem. comment. 1. scilicet putrescente, & ebulliente sanguinis propria substantia, præsertim atr i, aut vitalis in corde cum venenata quadam, & contagiosa qualitate, prædictis maculis, vel putulis, aut carbunculo, siue bubone cæterno, & cum flammea dispositione carbunculum referente in aliquo viscere, vt in pulmone, diaphragmate cerebro, hepate, corde. Quibus commune esse, quod subtiliores, dilutioresque humores per habitum extenuati digerantur: ex crassioribus autem cuti, ac magis etiana*

etiam periculis, quæ densior est, in hærentibus nascantur: idq; illis potius accidere, quorum densior sit cutis, ac durior: quod per eam crassiores, tenacioresque humores difficilis pertransirent. Neq; etiam nos esse in hoc casu. Tertiò dixit exoriri, cū natura partes corporis imas expurgat, vt non nunquam etiam per excretionem, ita per decubitus ad cutem. Cuius differentia, quia proprium est, vt non modo non noceant, sed etiam iuuēt, quoniam è venis iecinoris vicinis ichores corrupti sanguinis excluduntur naturæ robore, nihil faciendum esse concludebat, & vt gauderet, prædictus pater tanto beneficio. nihilq; timeret, tanto fortis, quia tum virinæ, + tum alui excreta naturaliter habebant. Hæc sunt quæ tunc proposuit Dominus Corbinus. Ego dixi casum esse valde verendum propter tria, Primum, quia ex huius modi maculis nigris, pessimus apparatus ad morbos graues denotabatur. Alterum, quod huiusmodi maculae breui evanuerant. Vnde, & erat tertium in prædicto patre quam primum timeri morbus grauissimum, à quo Deus scit si liberabitur. Primum clarum esse dicebam, & in hoc apportabam doctrinam Vallesij grauissimi viri, ad text. Euphranoris filio ad quintum Epi d. versie. Qua dictione apertere significatur, ex anthemata eadem die esse oborta, & euanuisse, nam hæc morbis quidem succendentia, significant malignitatè, ante morbos facta magnos ad morbos apparatus, atque adeo apparatus ad magnos morbos. hucusque Valles. Vnde pertranscendes dixi quam periculosus est apparatus morbosus, + & in hoc apportauit text. pulchrum 45. (Adolescens qui cucurrerat viam asperam, doluit calcaneum maximè inferna parte. Abscessus autem locus non recepit, vt humorè conuocas, sed quarta die pars tota nigra redita &c.) Valles. Quam periculosus sit malus corporis apparatus, & cacochymia in corpore latitans, hinc disces aperiissimè. Vnde enim, qui mediocritatem haberet bonorum succorum, nihil contraxisset mali, præter exiguum fortasse dolorem, sola quiete soluendum, qui vero multitudinem bonorum, aut etiam non omnino malorum, podagricum aliquem dolorem, aut tumorem non malignum, sic quod malignos succos cogessisset (neque enim aliter poterat fieri) contraxit mortificatione, die quarta à cursu (quod magis mirere) nullo prægresso tumore, vt videretur succus ad partem conuocatus.

Vnde quid coniectes aliud quam hominem nō tam multitudine, quam maligna qualitate laborasse. Habuisseque interiorius intra viscera latitans virus aliquod veneno proximum, quod in eam particulam (dolore præstante motus initium) depositum est. hucusque Valles. Quo ad alterum dicebam, quod Euangelia futura vituperabantur, + vt signum, & causa. Siquidem & naturæ imbecillitatem, infelicitem exitum significarent, & principes partes à morbo non esse tutas. Cū contra fiat in conversione humorum relictis interioribus ad exteriora, significetur quæ eiusdem naturæ robur, victoria, atque recta ratio, & principum partiū à morbo liberatio. Duo siquidem sunt effectus prædictarum + euangelistarum (& memini dixisse in decisione XXXII.) redditus earundem macularum, & permutation in grauiores affectus, eiusdem morbi vi maligna in nobilis partē transcurrente, (quam suapte natura appetere diximus supra) vnde optimo iure convolutionem timeri, & aliquod aliud graue symptomata, & tandem mortem. ad conclusionem illam medicinalem.

Grauius affecto uno è tribus principijs reliqua facile consentiunt. Itaque morbi ægrum par est, & videbatur facere tex. Rubores, qui ad aures ex priori dolore commouentur in febribus, signum quidè sacri ignis, qui in facie veniat. Sed & convolutiones ex his cum priuatione vocis, & virium evolutione. hucusque text. Quo ad tertium dixi imminere febrem, hæc enim sapissime insequi solet huiusmodi euangelias + & in hoc ego allegabam textū in puncto 90. Euphranoris filio ex anthemata velut morsus culicum, exiguum autem tēpus, postridie febricitavit. hucusque tex. Doctores. Ne intelligas hunc, cum habuisset exanthemata, postridie febricitasse exiguum tempus. sed cum habuisset exanthemata exiguum tempus, postridie febricitasse, qua dictione apertere significatur, exanthemata eadem die oborta, & euanuisse. Quid ego proposuerim tunc ad antevertendam talem febrē, diffusissimè dicam in quarta, vel quinta parte nostrarum Decisionum, & parum infra tangam, sed præualente voto prædicti de Corbino tanquam senioris, cui in dicendo ultimus dabatur locus in decidendo, remansit sic prædictus pater, qui ad paucos dies, febre acuta habitus, diem suum obiit, & in curatione ego nō adfui, nec à prædicto Medico curatus, sed à quodam iuuenie nostræ Academie.

Domino quotiescumque videbitis maculas istas, & absque febre, iudicete adesse apparatum vitiosum, & graue esse negotium, quia mediocris naturæ dominatus signum esset, nullo superstite in visceribus foco, ut excretio perfecti: per ea, quæ dixerunt Doctores ad tex. 25. ex sexto Aphoris. de quo nos non sumus certi, & cum toto hoc neque perfectè dom natur. Qnōd si sint nigrae, vel liuidæ, & insperatæ † enanescunt, grauissimum esse casum iudicete, ex pessimo apparatu ex malignis succis cōgesto: (neque enim aliter fieri potest) cum color niger & liuidus sint omnium pessimi, ad tex. ex Prognostic. Macularū verò ruborum, & stillicidij sanguinis, ac similiū eadem est † ratio. Omnis enim excretio, omnisq; abscessus, qui vbi fieri cāperit, statim definit, duorum alterū significat. Nam vel materia illa ab affectis effunditur partibus, quia ob copiam non potuit tolerari, vel natura ad summum ferè gradum infirmitatis peruenit, quæ superflua quidē excernere conatur, sed nequit, & facit doctrinam Glos. primo Pror. 1. Satius est se naturam nihil † moliri, quam frustra, & grauissimum morbum expectate. Recondita enim in altum sunt, atque ita interna grauius afficiuntur. Sēpissime, & quasi semper, febrem, & illam pessimi moris, ad tex. allegatum, 90. Euphranoris filio, vbi Doctores. Limita tamen, nisi à Medico prudente generosis præsidis, vt missione sanguinis expurgatione, bezoartis prædictus morbus anteuerteretur, sed audite, quod vix sunt securi, antevertendo, neque omnino præseruantur, licet possint remedia operari, ut minus grauiter agrotet, dixit Valles. & est doctrina notanda centum manibus ad allegatum tex. 90. Euphranoris filio versic. (Aut enim) longa experientia confirmata. Et dum hæc scriberemus, vidimus in Bartolomeo Saluzzo, Iauense, & iuene optimarum partium, huic maculæ prædictæ per vniuersum corpus, quasi fuisset morsus à culicibus, multa fuerunt à nobis facta, & cum toto hoc, ad mensem Tertiana intermitte, at maligna, fuit habitus à qua me curante, Deus liberauit, at per varios casus ductus, qui tandem dum leuiter agrotaret, maledictæ Veneri indulgens, oborto dolore in hypochondrio sinistro, exolutus fuit statim, & diem suum obiit, non sine meo ingentissimo dolore, nam mirum immodum diligebam; superuenerunt, dum exolvebatur supra vocati, Franciscus Guerrierius,

& Gerardus Natale. optimi iuvenes certè multa ordinantes, sed satius fuisse nihil 18 moliri, † cum natura ad extictionem properaret, signum circa manum subliui 19 dum, † Quod signum vbi conspicuè vide ris, certo scias in proximo iam esse mor tem. ad tex. Anginosa manum destram ex quinto Epidem. vbi Doctores. Sed quid ti huiusmodi macule apparentes, permanerent tanto tempore, ut quod in cutem emergerat putemus meritò percutim ipsam esse paulatim resolutum, an casus esset verendus. Dicatis quod casus 20 non est adeo pessimus, † cum aliqualis naturæ dominatus, & valor ex ipsa permanentia, demonstretur, & sic videntur sapere naturam macularum, quæ solent exoriri, cum natura imas corporis expurgat, aliter frustratorie ponere talis differentia, sed aduertite quod neque etiam estis securi à relapsu in grauorem morbum. Quia ut huiusmodi macule liberent, corpore grauissimè agrotante, necesse est, ut vel antecedat, vel sequatur aliui fluor, ad doctrinam Gal. 5. Metodi. versic. (Quibus agrotantibus) vbi Doctores, vnde magis secure incedemus, si visis prædictis maculis, ad celerrimam curationem veniemus. & hæc breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Febris refrigerata, perpetuò silet.
- 2 Febris cum vertigine silet ad tempus, et ibi amplia.
- 3 Febris genus aliud, in quo ager non loquitur, aut parum, & molestissime.
- 4 Febre liberati possunt rematere masti & silentes.
- 5 Facti species.
- 6 Loquela à quibus causis impediatur.
- 7 Mærorest melancholicum accidens.
- 8 Vrinx subiugalium in quo genere febriū apparet.
- 9 Melancholicus humor omnium maximè mentem tentat.
- 10 Melancholicorum plurimi sunt hypochondriaci.
- 11 Spiratio facilis est maximi momenti ad morbos acutos.
- 12 Febris cum melancholia mixta, grauis est, & dolosa. & n. 16.
- 13 Tex. 14. cōment. 2. Prior. Prorrhet. exp̄sio.
- 14 In febre cum melancholia mixta, p̄nitit timetur, vel melancholia confirmatio.
- 15 Febris cum melancholia mixta, quando salu-

- salutaris.*
- 16 Febris cum melancholia mixta, grauissima est, & eius signa, & causæ.
  - 17 Febris cum melancholia mixta, unde pendeat eis periculi.
  - 18 Spiritus facilis, & ægri obedientia maximi momenti sunt in febre cum melan-
- cholia.*

## ARGUMENTVM.

Febris, cum melancholia mixta, est grauis, & dolosissima. & quando catus mortalis.

## DECISIO XXXXVIII.

**G**loriosissimus Emmanuel Philibertus olim Sabbaudiensis Dux, & militaris disciplina normæ. inter antiquos Duces mirum immodum laudabat Callidum Quintum Metellum, quem formidabilem debuisse esse dicebat, quia erat alti, & egregij silentij vir, & in disciplina militari, eximiam virtutem esse silentium affirmabat. Febris refrigerata & inter febres formidabilis est, quia perpetuò silex foris enim calor neque mordax, neque vrens, si manum, aut latera contigeris, cum tamen cætera interni incendijs, & pestiferæ conditionis indicia præseferant, intus conturbans, & est dolosissima, ad text. oris ventriculi dolor eum hypocondrij pulsatione, refrigerata febre, malū, &c. ubi Doctores. Febris cum vertigine, & pulsatione capitis: vel aliquo alio eiusdem affectu silet & ad tempus, & circa iudiciū exacerbatur, unde dolosa, ad text. 2. ex 4. de acutis. Eiusdem ordinis est febris ex bile, & pituita mixta: Hec ineunte morbo, illius acrimoniam retundit, unde omnia moderata apparent, & est dolosa, & malitiosa: nam accidente incremento, vel statu vehementia morbi, & symptomatum, facta fermentatione, præripiuntur ægri, ad text. 9. comment. 3. Prior Prorrheth. (superuenientes rigores) ubi Doctores. Sed est alia febris, in qua æger & flet, non loquitur, aut molestissime, & parum loquitur, & mox rursum conticescit: non quod loqui non possit, sed ob melancholiā complicatam non loquitur: quæ febris grauissima, & dolosissima est, per ea, quæ dixit Vallensis ad text. Eurianactis filiam virginem ignis corripuit. 3. Epidem. versic. Teneri eam grauissimo aliquo morbo interius non tam magno quam mali moris indicabat tanta taciturnitas, ut nihil loque-

retur, & tristitia tam desperata, vt neque conquereretur, neque auxilium peteret, aut omnino velle videretur, de qua febre quia est materia satis digna, & practicabilis, in ista Decisione dicemus.

Hunc casum nos annis elapsis vidimus in Fratre Benedicto de Platea laico. Minorita ad quem Princeps Paceco ob amorem in prædictum Fratrem miserat Hieronimum Guascone, & Laurentium Natali, quem laicum ad mortem propterrantem, nos, sic volente Patre Fratre Christophoro de Panormo eiusdem Cœuentus dignissimo Guardiano, & viro religiosissimo, & optimo Concionatore, capimus curare, & remedij multis administratis, Deus tandem sanauit. Quam febrem audiuimus Madrid passum filium Illustrissimi Consultoris Matute, & Reialis Patrimonij Protectoris Integerrimi, à qua febre abscessu suppurato, tandem liberatus & mastus silens remansit. Sed ad nos. prædictus Frater & Autumni tempore, quo maximè vigent morbi melancholiæ decumbebat nunc nimium quietus, & taciturnus, ita vt parum loqueretur, iam verò siquid esset loquutus, rursus crebat voce, quibus significabatur, illum ita iacuisse taciturnum, vt parum quidam loqueretur, atque id quantulunque, vix vi videretur posse loqui, aut loqui molestissime ferret, & mox rursum conticesceret quod quidem non erat referendum ad aliquod instrumenti & vitium vt laryngis eius musculorum, & nerorum, tumore, angustia laborantium, & musculorum, aut nerui recurrentis, coquulione, vel paralyssi, vel valida refrigeratione, vel causa externa, vulnere, vel musculorum thoracis, vel spiritus vitalis, cuius contractione, vt in metu, homo interdum obmutescit aut certè tremulam ac imbecillam vocem reddit, eiusque dissolutionis, aut suffocationis, vt syncope, & histericis affectibus, sed animi affectum referebatur. Non enim quod loqui non posset, sed quod ob maiorē nollet, tacebat: neque dicitur conari loqui quod lingua corporale aliquod esset impedimentum, sed quia male obsequuntur instrumenta omnia cum appetitus renuit: itaque taciturnitas illa, & requies nimia mestis animi erat: maiorē verò esse melancholicum accidentis, omnes Doctores dixerunt. Somni aderant, aliquando verò vigilia. Melancholiæ familiares sunt vigilæ ob seccam intemperiem, tamen alia ratione hic etiam sunt aliquando veluti comatosi ob mestisiam

etiam scilicet. Videamus enim eos, qui tristitia, & demissio animo sunt, in somnum invitos ferri, qui quidem non tam est somnus, quam vigilandi impotentia, unde nunc ob succi naturam vigilabat, nunc concidente animo dormiebat, & nunc vigilabat quiescens, cum succus minus moueretur, nunc iactabatur, cum succus agitatus instigabat: semper autem silebat quod ea incidisset insanæ species. Vrinæ in prædicto laico erant subungalium, quæ in nullo genere & febrium apparent, nisi in genere illarum ardantium, in quibus bilis simul cum pituita computretur: vigilabat ergo prædictus frater a bile, & & sicca intemperie. Somni aderant ob succum pituitosum, iactabatur, cum succus melancholicus agitatus instigabat. Est enim melancholia succus, qui omnium <sup>9</sup> & maximè mentem tentat, quod vel inde agnosces, quod is solùm citra cerebri phlegmonem, & citra febrem, putatur posse tacere delirium perpetuum, redundans solùm, aut agitatus. Constat verò agitatum, quam quietum, meritò magis tentatarum menté; ita enim copiosius transmittent in cerebrum nigri vapores. Ut igitur citra febres: sola melancholia redundantia delirium solet facere, ita per febres, etiam sine inflammatione, quod si moueat, cum minori etiam redundans id faciet, per ea, quæ dixit Vallesius ad tex. 41. ex 4 de acutis. Manus etiam ad hypocondria quasi dolorem patienti; & hoc etiam melancholiæ prædictam testabatur. Plurimi enim melancholiconrum sunt & hypochondriaci. Alijs raro non consentit ventriculus cum cerebro: unde perpauci eorum sunt, quibus non secundum hypocondria, anxietas; Alijs quidem maior, alijs quidem minor. Id verò cum sit, naturaliter videntur manus in eam partem ferri. febris erat continua, sed bene spirabat. Dicebatur, quod casus non videbatur verendum ratione illius bona & spirationis: illa enim magnum habet momentum in morbis, qui cum febre acuta sunt. ad text. ex Prognost. Et ratio clara est: nam seruatis modulis naturalis respirationis, partes, quæ virtutem cum animatam, tum naturalem, & vitalē continent, omni carere inflammatione, angustia, insigni vitio necesse est. Eas potestates valere, instrumenta esse libera, natuum calorem esse incolumem, febrilem non inualescere, spiritum animalem non egere insolito subfido, nam si virtus quæ mouet thoracem, imbecillior, si impediti musculi, qui mouenti anima inserviunt

si malignus, & in cendiosus febrilis calor est, si inde nativus calor immutatus, si spiritus animalis inopia alimenti laborat, immutabitur respiratio. Si igitur integræ, & omni vitio caret, illa quoque vitio carere oportet, per ea, quæ dixerunt Doctores ad eundem text. ex prædicto Prognost.

Sed istis non obstantibus, grauissimus & dolosissimus fuit iudicatus & morbus, ad doctrinam supradictam Vallesij, eodem versic. Teneri. & in cerebro humorem calidum, & feruentem in atram bilice verti, ad text. 14. cōment. 2. Prior. Prorhetic. Faciei & color bonus, & mæstitia multa, malum hucusque textus. Fieri non potest ut in morbo benè coloretur ægris secundum naturam, quod morbus de colores faciat. Vnde subesse causā aliquā præter naturā necesse est, quæ ægros benè coloratis similes redat, & rubore aliquo suffundat. Ea in febribus multiplex est: sanguinis in pulmone putrentis fuligo in affectibus thoracis: in plenitudine capitis copia cum grauitate: in accessione vapor natura sua tursum latus, & in faciei superficiem diffusus, imminentे iudicio instans hemorrhagia: in diuturniore, abscessus: extra iudicium in mortali bus febribus modò cum mærore, modò cum risu, insanæ principium. Quoties igitur sine conflictus expectatione florida, & rubens facies apparuerit, in febre essentiali, siquidem æger valde tristis deprehendatur cum tetrico vultu, & perturbato quendam in cerebro valde calida affectione esse videtur, quæ sanguinem exurit, eamque ob causam bilem atram generat. Vnde nos phrenitidem & timebamus, vel melancholiæ confirmari, sed in hoc casu, quia prædictus frater benè se habebat ad res vita & necessarias, id est sumenda, facienda, & exercenda, sentiebat, appetebat, & ferebat. sunt enim signa, & causæ, ac signa quidem non grauiter oblaſtæ mentis, & omnium principum facultatum, quæ quo plures laſtæ sunt, eo maius periculum denuntiant. Causæ verò quia non modo causis morbificis ægris non opprimuntur, sed eorum etiam ægestate, atque indigentia non resoluntur, sine quibus vita rerineri non potest: hac ratione, & alijs infra dicendis multis remedij ad sanitatem fuit restitutus.

Domini sciatis, grauem esse febrem, in qua æger melancholia & etiam detinetur, cuius signum, ultra supradicta, si post mærorem rideat æger, & post auerfactionem hominum, conuersatione pauperis

si per delectetur, ut prædictus Frater; cuius ratio est, cum neque sterquilinium vnum sit, quod aequem semper expiret, factorem, sed cum agitatur, & commouetur: atque, & multo magis, & omnes morborum cause, quibusdam temporibus, aut certo quodam ordine, aut erratico modo agitentur, necesse esse, ut melancholiæ, nigris vaporibus mentis sedem occupantibus, mareant, & aliquando copiosa effumatione cessante, & succi nigri sedato motu, agnoscant, & loquantur cù eis, qui ingrediuntur, rideantq; post prædictū mærorem, ut prædictus laicus. Cum nulla latitiae maior causa sit; quam soluenda mæstitia: ut & voluptatis soluēdus dolor: necesse est aliquando latetetur sine vlla externa causa plurimū, soluti à plurima mæstia, quæ sine externa causa inerat, per ea, quæ dixit Socrates in Phedone p. hæc verba: quam mira videtur, o viri, hæc res esse, quam nominant homines voluptatē, quamque miro naturaliter se habet modo ad dolorem ipsum, qui ei contrarius esse videtur. Quippe cum simul homini adesse nolint, tamen si quis prosequitur, capitq; alterum, semper fermè alterum quoque accipere cogitur, quasi ex eodem vertice sint ambo connexa. hucusque Socrates. dixit Salomon 14. parabol. Et extrema gaudiij luctus occupat. Ariost. Cant. 22. stanz. 70.

*Conuien chi ride, anco tal'hor si laghi,  
E fortuna tal'hor troui rubella.*

Et altroue.

*Che'l mal va dietro al ben, e'l ben'al male.*

Petrarc. nella Canz.

*Perche la vita è breve, però lasso cõuiensi,  
Che l'estremo del riso assaglia il pianto.*

Boccacc. nel principio della prima Gior.  
Et si come l'estremità dell'allegrezza il dolore occupa. Marin. nella Canz. 10.

*Al di lucente, e chiaro*

*Notti oscura succede,  
Et è sempre del riso il pianto erede.*

Et finalmente il Bembo nella festina I.

*Più suavi, e riposati giorni.*

*Ma'l Sol non mena mai sì puri giorni,  
Che non sian dietro poi tante atri notti,  
Così vicino al riso, è sempre il pianto.*

Melancholia etiam detinetur, signum eius dentissimum versionis humoris calidi, & feruentis in atrum: vnde aliquando phrenitis, convulsio, vel melancholiæ exacerbatio. In hoc casu periculi vis pendet  
17. ex humoris malitia, facultatum, plurimum grauiore offensione, cerebri maiore alteratione, & rerum vitæ necessariorum negligentia, seu abhorritione. Quòd

enim magis exacerbantur hæc, eò perniciösior affectus. Grauium enim signorum per seuerantia, & exacerbatio fatiscentē naturam, & morbum ingrauescentem ostendunt: vnde confirmatur mortis præfagium. Mulier in Cynzico tacita erat, secura, & tetrico vultu, at quia imperfusabilis (tales sunt, qui exacerbantur potu, & à cibo ita abhorrent, vt ne mentionem quajdem horum fieri sublineant, labra mordent poculum, & coclearia, si quis cibum immittere velit, lucem refugiunt spiritus animalis inopia, vigilis resoluuntur oblatis necessarijs percellen tar, quod Aurelianus in perniciosis ponit) fato concessit.

Ad obiecta dicitur, quod in isto casu maximum habet pondus facilis spiritus, & ægri + obedientia ad res vita necessarias: nam ex his colligitur, humoris malitiā non esse ingentem, facultates principes nō esse grauiter lassas, nec cerebrū intènsè alteratum: vnde vis præfagi pen det. Et hæc breuiter dicta sint de ista Decisione.

### S V M M A R I V M .

- 1 Imperatoris prudēcia in quibus cōsistat.
- 2 Medicis prudentia in quibus consistat.
- 3 Febris lipyria quæ sint.
- 4 Febris lipyria est acutissima.
- 5 Febris lipyria quomodo fiat.
- 6 Ignis parvus, & succrescens facile extingui potest.
- 7 Febris lipyria quando desperata.
- 8 In febre lipyria alius soluta salutaris, & num. 14.
- 9 Iudicia sunt quæ natura, & humores repunt.
- 10 In febre lipyria alius sponte mota, utile & nu. 26 sed oppositum nu. subsiquens & 12.
- 11 In febre lipyria alius exturbata non videtur salutaris.
- 12 In febre lipyria alius solet multum solus quod est pessimum, & nu. 27.
- 13 Remedia aliquando sunt facilissima mature adhibita.
- 14 Febre lipyria habitu solent fieri phrenitici, & ubi spes posita. & nu. 22.
- 15 Bilia in ventis feruens facilissime in cerebrum rapitur.
- 16 In febre lipyria phrenitis quando expletetur.
- 17 In febre lipyria sanguinis fluor, videtur salutaris.
- 18 Dies septima omniū fataliū imperator.
- 19 In euacuatione facultates aliquātulum dibi-

- debilitantur.
- 20 In die conflictus symptomata solet vigere.
- 21 Hemorrhagia a magnis morbis liberare solet.<sup>1</sup>
- 22 Aegri lipyria febre babiti solent delirare, & exinde mori.
- 23 Febris lipyria est febris genus pessimum malitiosum, & mortals, & n. 25.
- 24 Agri lipyria babiti quomodo sunt regredi.
- 25 Infibra lipyria quid timeamus, & quædo casus est desperatus, cum limitationibus.
- 26 Infibra lipyria aliis exturbata est salutaris.
- 27 Infibra lipyria aliis solet multum exturbari, quod est pessimum.
- 28 Hamorrhagia quando salutaris.
- 29 Particulare non destruit vniuersalia.

## ARGUMENTVM.

Febris lipyria est pessima, & malitiosissima, quid timeamus, & quando est quasi desperatio.

## DECISO XXXIX.

**N**on in colligendis magnis exercitibus solùm, aut cōparandis classibus aut castris in tuto, munitoq; loco legendis, & muniendis consistere Imperatoris † prudentiam, dicebat Serenissimus Emmanuel Philibertus, olim Sabaudiensis Dux, & diuinissimi iudicij; sed multò magis in arripiendis opportunitatibus, quæ sese offerunt rei præclarè gerendæ; cùm plus vtilitatis, vel situs, vel temporis momentum repente afferre possit, quam vniuersa comparandi, & instruendi exercitus industria. Nam vt parvus ignis, & succens adhuc facilè extinguitur; qui postea latendo ubi vires sumperit proxima quæquè deuastat, neque potest nisi cum summo refistentium periculo retardari; sic belli initia aliquando supprimere, facillimum est, at ubi paulatim a cedentibus auxilijs sunt aucta, non nisi cum summis populorum periculis op̄ primuntur. Non solùm in colligendis magis remedijs consistit Medici † prudentia, ad tex. (A ventris turbatione.) versie. (Dare autem bibere elaterium, bis, aut ter) Neque solum in ponendis agris, in commodis locis consistit eius prudentia, ad tex. (Circa agrotantem economia) 36. sexto Epidem. sect. 2. ubi Valles. versie. (Nam cum mitti sanguinem) sed multò magis in arripiendis opportunitatibus, quæ sese offerunt rei præclarè

gerendæ; cum plus vtilitatis temporis momentum afferre repente possit, quam vniuersa instruendi remedia industria, in hoc, et si possem exemplificare in multis casibus, in uno tamen multum practicabili, & necessario, vt puta in febre lipyria, quæ est valde malitiosa, exemplificabo, de qua in hac decisione.

Gaspar Mililli febre lipyria tenebatur 3 (Tales sunt, in quibus † ob inflammacionem magnam, quæ obsidet internas partes, exteriorum frigus fit) in qua, quia acutissima (natura † non potente diu malum tolerare tantum) in fine tertiae diei fui ego supra vocatus, quia curabatur à Francisco Morfino Medico tunc optimæ famæ. Dicebam ego, quod huiusmodi febris fuerat † facta in predicto iuuene, crudis humoribus peccatis vita aceruatis, (de quibus eram informatus dum interrogaueram principium ex quo, & quando ad tex. diuinissimū 57. Cognito principio ex quo, ex 4. de acutis) ex quibus grauis oppilatio in venarū angustijs, quæ ad cauum hepar pertinebant, fuerat collecta. Eodem quoque vitio interceptis vijs circa canaliculum fellis, & ventriculum, predictis ergo vijs interceptis cohabitam fuisse flauam bilem, quæ cohinda crassa fuit effecta putruitque, ex quo inflammatio, quæ erysipelatis naturam habebat, quæ vt inualescet, ita incendium vigere, & ad instar eucurbitulae calorem extremarum partium trahere, unde exteriora frigent, interanea inardescunt. Paruum tunc esse ignem † & succulentem, adhuc facile extingui posse; qui postea latendo ubi vires sumperit non poterit reparari. Ac breuiter desperatio est. nisi liberatis † vijs, quæ ad intestinū, ventremque pertinent, vitium expurgetur. Quod cum artificio artis procurari possit, eram voti ut biliosa † deiectiones, tum crudace largiter promouerentur. Et ratio erat, quia, cùm ars, & natura ad inuicem imitantur. Quia ex materia, & ex loco affecto rectissime colligebatur. Iudicia enim fiunt † quod natura, & humores reponunt per loca convenientia. Phlegmone enim iecoris, & lienis iudicari solent per haemorrhagiam, quia acuta, & calida febris coniungitur, quanquam iuantur etiam sudoribus bonis. In convexa autem parte phlegmonem, & haemorrhagia, & sudoribus bonis, & multis vrinis iudicari dixit Galenus 3. de Crisibus: in concava vero deiectib⁹ sudiosis, sudoribus, & interdum vomitibus quemadmodum quæ circa renes, & vesicam

sicam vrinis, & quæ circa thoracem ac pulmones, spiritis. Quare cum hoc naturæ beneficium non intercesserit, artificium Medici debet supplere, alioquin interficere. & ne scrupalus aliquis remuneret de beneficio naturæ. Addebat Clazomeniam, qui febre ardente cum inflammatione hypocondrij, laborabat, cui magnum aliui profluuum etiam cum strigmentis saluti fuit. In statu illo Aquilonio primi Epidem. plurimi turbata globo multis biliosis euntibus, et dysenteria seruati: in febribus ardentibus morbi plurimi, quibus male restitit alius. Sed Dominus Morfinus allegavit text. in punto nostro, in quo Hippocrates nullam mentionem facit de expurgatione, ut de qua debuerat loqui, eum esset remedium illustre, & tanto fortius, quia de alijs minoribus loquitur. textus erat 47. (Quibusunque autem sobres anxie sunt, & hypochondria intenta, & in lecto non possunt manere: in eodem loco, & extrema omnia refrigerata sunt, multa cura, & custodia indigent.) hucusque Hippocrates ex 4. de Acutis. Remedias, ut nihil sumant præter oxymel. Occumbant in loco obscuro, & in stratis molliissimis, ut quam minimum se iacent. Valde enim vtile est hoc talibus. Ratio est, quia tales periclitantur ex debilitate, merito ergo Hippocrates expurgationem dedit. Alius enim in hoc casu solet valde solui, & multa excernens, quod pessimum solet esse ut causa, & si-  
gnum. Ac causa siquidem, quia æger ex frequentia desidendi, & labore vigilat: ex multitudine excentium periclitatur ab animi deliquio, & resolutione virium. Hippocrate scribente in Prognost. Signū verò alimentorū corruptorū, resoluta hepatica facultatis, & incendij vehementissimi in hepate, quo continuatur bilis generatio. Vnde fuit votatum à predicto de Morfino, quod supersederetur in predicta aliui exacerbatione. Septima die fluxit sanguis ex naribus copiosè, sed delirauit procaciter, & eum pulsus fatus imbecillo. Dicebam ego sic fieri, plerumque ut qua malorum remedias & facillima fuerant, & utilissima si mature adhibita sint, mox ubi morbus inua-  
luerit, radicesque altius egerit, non pos-  
sint aliquando nisi cum summo labore,  
laborantisq; periculo adhiberi; aliquan-  
do frustra, & cum aliquali infamia; Tales  
ægri phrenitici fieri solent, ergo tota  
spes posit a erat, si liberatis vijs conci-

tata alio vitium expurgaretur, quod cum non sit factum, desperatio iam est, 15 bilis enim in predictis venis & seruens in cerebrum rapta est, vnde predictum delirium, à quo phrenitis confirmabam 16 expectationem ex predicto sanguinis & fluore, quia in ægri perniciem fluxerat, ex predicto delirio cum pulsus imbecillitate. Sed Dominus Morfinus dicebat profigum esse huiusmodi sanguinis & fluorem, apparet ab text. in casu proprio. 17. Huic nisi sanguis ex naribus fluxerit, non indicatur, ex 4. de Acutis. Et ratio est, quia sunt eiusmodi profluvia, siquidem salutaria esse debent, na-  
tura mouente, copia, & acrimonia san-  
guinis naturam incitante. Copia autem irritari naturam testis est menstrua pur-  
gatio. Acrimonia verò & intus conclu-  
so seruente spiritu in ardentibus febri-  
bus, ut & quibusdam inflammationibus  
internis exemplo musti, quod in dolis  
iam serue seit, vasa disrumpit, nisi exitu  
dato seruor subsideat. Addebat autho-  
ritatem veterum Doctorum, qui tantum  
attribuerunt profluuo sanguinis. Adde-  
bat diera laudabilem, nam profluxerat  
18 in septima & omnium fatalium dierum,  
Imperatore. Non obstat dicebat, quod  
pulsus aliquantulum esset debilis, vnde  
videretur non toleratum, quia faculta-  
tes & non debent plusquam proportione  
debilitari, ad intellectum textus 95. (Ma-  
turi in morbis abscessus) ubi Valle, ver-  
siculo. (Tolerantia facilis) quarto Epi-  
dem. & pulsus non videbatur multum de-  
bilis. Quod deliraret, neque multum re-  
20 ferre, quia eramus in die & conflictus,  
& denique addebat historiam Metonis,  
qui cum mortalibus signis seruatus fuit,  
21 eo sepius repetito ut cum vrinis nigris,  
ac tenuibus etiam post sudorem, & pro-  
fluuum sanguinis manetibus, & cum vi-  
gilijs, & quod multum refert delirio,  
prout in casu nostro, sed euentus con-  
firmavit nostrum votum, quia in octaua  
22 cum feritate & delirabat, quia inter mi-  
nabatur, vociferabatur, eiulabat, paren-  
tes pro hostibus habebat, in summa re-  
tineri non poterat, delire comedebat,  
quibus ingravescitibus in undecima  
miserrimam istam vitam finiuit.  
Domini pessimum febris genus, ubi  
23 interaneis inardescitibus & exteriora  
perfrigescunt, aut non calent pro ratio-  
ne febris malitiosum, ac mortale, ab in-  
flammatione visceris alicuius nobilis,  
indeque naturæ vchemens oppressio, &

virium summa infirmitas significatur ab eiusdem inflammationis magnitudine, quæ instar cucurbitula totum ad se sanguinem rapit. Ad hæc si vehemens frigus fuerit, virtutem valde imbecillam esse iam conisciendum, ex Glosa alibi diximus. Obidque qui ita laborant,  
 24 plurima tum custodia & tum diligentia indigent, ad textum allegatum ex 4. de Aetis, quo etiam loco nihil ab ipsis præter oxymel crassis, glutinosisque humeribus commodum attingi vult, idque a quo sum, quia tale statim ad hypocondria peruenit, quale epotum est, cum iu affectibus pulmonis propter distributionis internallum, quo alimenti, & medicamenti vires remittuntur, acidius esse debeat. Amplius omni sorbitione interdicit, donec morbus ad maturitatem perductus fuerit, modo ager sifferre queat, ut Glosa interpretatur. In isto casu translatio timetur ad cerebrum,  
 25 & phrenitidis periculum imminet bile seruente celeriter in cerebrum raptâ, facit text. 3. Lateris dolor ex sputis biliosis, si absque ratione euanuerit, in furorem aguntur. Commentarij 3. Prior. Prorhet. Doctores. Pleuritici tum solùm in furorem aguntur, cum biliosi humoris in cerebrum facta est translatio. Huius suspicionem maximam afferunt sputa biliosa, quoniam bilis substantia tenuitate facile transfluit, caloris vehementia sursum rapitur, & qualitatis acrimonia partes, in quibus inest, ad expunctionem irritat, donec partem aliquam principem, tanquam arcem obfesserit. hucusque Doctores. Sed est text. in punto. Qui ad manum parum ardentem febricitant, phrenitici sunt. Qua facta, quasi desperatio est. Limita tamen, nisi natura excretrice concitata vitium expurgetur liberatis vijs, quæ ad intestinum, ventremque pertinent. Idem dic nisi artificium Medici intercedat, qui vomitiones, dejectionesque biliosas, & crudaeas largiter promoueat. ad text. Febres lipyriæ non soluuntur, nisi alio multum profusa. Hanc expectationem phrenitidis magis confirmabitis, si vel stillet sanguis, vel copiosè fluat, etiam die aliquo fatali, at vi morbi excitetur, quod cognoscemus si aliquod graue symptoma subsequatur, ut delirium, vrina prava, vel virium vitalium imbecillitas. Vidimus in illo casu, quibus tantum silauit, quibus largiter eruperit, & mortuos, & est text. supra allegatus. (Qui

ad manum) versie. (Magis etiam si sanguis fluat) facit text. 4. In indicatorijs perfrictionibus sanguinis eruptions vehementes, pessima. Commentarij tertij Prior. Prorhet. qui text. declaratus per aliud textum. Quæ diebus criticis perfrictiones sunt vehementes à profusio sanguinis pessima.

Non obstante in contrarium allegata, & primo non obstat texti 47. ex Aetis, 26 quia Hippocrates comprehendit & sub verbo illo (maxima diligentia indigent.) dicit anigmatically etiam ad text. 17. eodem libro vbi Valles versiculo. (Quin etiam hinc colliges) Ad illud, quod dicebatur, quod alius solet aliquando mul-  
 27 tum & solui dieimus verissimum esse, & nos vidimus, qui fluor solet esse pessimus, vt causa, & signum, conedimus, ideo indigere Medico prudenti. Ad illud quod dicebatur de sanguinis fluore, verum est,  
 28 at tuc & iuuat cum legibs suis, incedit, vnde prius leges salutaris, & non salutaris excretionis adhibenda prius ad iudicium, quam veteres Doctores laudes mus, vel accusemus. Quo ad Metonem, dicimus quod non erat in casu nostro,  
 29 nec ex hoc particulari & destruitur universalis doctrina. Et hæc breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Exploratores sunt necessarij ad omnes res bellicas, pro qua re non est parandum jumpibs, & propter quid.
- 2 Philibertus Princeps in exploratores erat liberalissimus.
- 3 Philiberti prudentia miris laudibus extollenda.
- 4 Medicos sunt necessarij exploratores.
- 5 Medicorum exploratores qui sunt.
- 6 Affectiones quo plures apparent eo natura opus operiosius.
- 7 Febre in incremento existente, potest ager varie in colore permutari.
- 8 Mutationes subita vituperantur. & nro. 18.
- 9 Natura nullum repentinum patitur, vel molitur.
- 10 Mutationum subitarum, quæ causa sit.
- 11 In mutationibus repentinis, quando timemus conuulsionem, vel phrenitidem & exinde mortem. & numero 17 & 20.

- 12 Afflitos graves cum præmonstrantur, sunt prouidenti.
- 13 Ex mutationibus subitis conflictus imminet. & nu. 21.
- 14 Labij tremor cuius excretionis signum. & nu. 22.
- 15 Coxarum dolor, aut mammarum eleua-  
tio, vel testium tumores, soluunt febrē  
ardinem.
- 16 Ex subitis mutationibus supra diuturnitatem morbi. arguimus.
- 17 Ex subitis mutationibus, alio suppressa,  
vigilijs infestantibus, & labij tremore,  
conuulsio exinde mors.
- 18 Mutationes subita male. & quid signi-  
ficiant.
- 19 Ex subitis mutationibus capiti time-  
mus.
- 20 Ex subitis mutationibus conuulsionem,  
vel phrenitidem timemus, & exinde  
mortem, cum limitationibus, & subli-  
mitationibus.
- 21 Mutationes subita quando arguant con-  
flictum.
- 22 Labij tremor quando prænuncius vomi-  
tus.
- 23 Os potest peruersti morbi malitia non in-  
crescente.
- 24 Mutationes subita quando diuturnitatē  
præmonstrant.
- 25 Ex Mutationibus subitis quando mors  
certa.

## A R G U M E N T U M.

Febris continua, in qua corpus variè,  
& repente in colore permutatur,  
quando mortalis.

## D E C I S I O XXX X.

**M**aximi semper momenti esse ad omnes res bellicas, ut fidissimi, ac diligenter habentur + exploratores; dicebat Serenissimus Philibertus Sabaudiensis Dux, & fortissimus, & maximus Imperator, pro qua re nullis parcendum esse sumptibus; quoniam unum hostium consilium opportunè cognitum potest aliquando uniuersum negotium ad optatum finem perducere; aut uniuersum exercitum ex aliquo imminentे periculo seruare. Siquidem ijs, qui ad recognoscenda loca mittuntur, & captiuis paucis fidei tribuendum est aliquando; quod illi timidius, aut negligenter res perscrutetur, isti ad intima consilia, ut

param curiosi non penetrant: at diligentes exploratores omnia dicta, facta, visa, audita studiosissimè obseruant: vnde ex his intima consilia hostium, ex illis extera indicia, an cum horum significatio[n]e consentiant, sunt expectanda. Quare cu[m] tanta sit utilitas, que è diligentissimis, fidelissimisq; exploratoribus percipitur, ut sape victoria in cognitione hostiū consiliorū, quæ per exploratores significantur, cōsūt, saluq; vniuersi exercebitur merito Serenissimus + Princeps in huiusmodi genus hominum liberalissimus erat; qui no[n] n[on] magnis præmijs propositis, tante p[er]iculorum molitanteque crudelitati, quanta p[er]actis exploratoribus proponunt se exponunt.

3 Mirificè igitur prudentia Philiberti + laudibus extollenda, quod tanta utrebatur diligentia in Famosissimo illo Germanico bello, ut victoriz Cesare, iudicio omnium mortalium, summa causa fuerit, ut in prima Decisione diximus. Maximi semper momenti fuit Medico, in bello, inter morbum, & naturam, diligenterissimos + ac fidissimos habere exploratores. Quoniam unum hostis morbi consilium opportunè cognitum potest aliquando uniuersum negotium ad optatum finem perducere; aut agitum ex aliquo imminentē periculo seruare: sunt autem Medicorum + exploratores fidissimi, commutationes symptomatum, ex prauis ad mitia, & benigna, quæ cum significant humorum exercitum non dum obfirmatum esse in aliqua parte, sed propter copiam, & malitiam transfluere modò in principem partem, ibique gratia edere symptomata: modò in aliam: ibique mitescere, nunciant etiam naturam ab ipso morbo superandam certò, nisi Medicus eiusdem naturæ vicarius generalis, ad eorundum expunctionem celerrimè accingatur, & dixit Glosa, & nos in hac prima parte diximus. Sunt etiam fidissimi Exploratores mutationes extimarum partium celeriter in utramque conditionem, scilicet à calore ad frigus, & aequa significant in misero statu reperiri naturam, & propinquum esse eiusdem interitum. frigent enim extrema, quia intus sicut febrilis calor, viscera, & ipsam naturam oppugnans, quæ, et si facto agmine paucorum militum eundem febrilem calorem foras excluderit, & sic extrema caluerint, dubitatur ne noua collecta materia quasi copijs mor-

bus pugnam sit redintegratus, & qui fugile videbatur, denuo pugnet, donec diu virinque commisso prælio, perpetuò frigeant extrema, & natura exofatur. & hoc in acutissima febre; Nunciant aliquando multiplices esse hostes, in quibus superandis tempore opus esse, ad conclusionem illam medicinalem. Quò plures & affectiones apparent, eò naturæ opus operosius. Idem significant coloris, vñà cum calore crebræ mutationes, nam angustiam maximam, laborem, & pugnam, vel naturæ laborantis casum, & prout melius in hac Decisione.

Bartolomeus la Dulcetta in febre continua, & circa eiusdem febris vniuersale 7 incremearum & in colore corporis varie, & repente permutabatur, aucta eius febris malitia, & cum labri interioris tremore, ventre non exacerbante, & vigilijs infestantibus. Positus in consultatione cum Pompeo Ferrara, & Petro Macarone, dicebam ego, illorum atate, & doctrina minimus, quod huiusmodi mutationses & subitæ ab Hippocrate vituperabantur. Natura enim particulatim & qualitates introducit, nec quicquam repentinam, vel patitur, vel molitur, cuius conclusionis generalis exempla particularia posuisse Hippocratem in multis textis particularibus, ut summa corporis partes si celeriter in utramque conditionem permutentur, malum: sitis quaque huiusmodi mala est ex Prorrheto, & Torpor utroque celeriter transiens, malum. In summa si deliret mox ad se redeat, modo in extimis partib. vratur, modo summe frigidus appareat, in easu nostro, si pallescat, vel viridecat, livescat, vel rubescat, idque vicissim, & breui interallo, rger, Cauſam esse dicebam humorum transfluxum, & vicissim factam migrationem, sic veteres Doctores docuerunt, in easu nostro, translationem humorum fieri, certum est, & quia aliud erat adstricta, & vigilæ comitabantur, labrum inferius tremebat, conuulsionem timeri, vel phrenitidem, & exinde mortem. In hoc ego allegavi quosdam textos. Quo ad alium suppressam. Qui in febribus tenuiter sudant, dolent capite, & alio sunt suppressa, conuelluntur, hucusque textus, ubi Doctores, & ratio est ex communi ratione, quæ in vniuersitate elementorum suscipitur, siccata terra aerem humectari, ita siccatis ventre, & vesica cerebrum humidius reddi. Siceantur autem haec

interdum quidem sursum in caput rapta materia. Huic ergo preparata est conuulsio, idem dicendum esse dicebam vesica suppressa ex eodem Prorrheto, ad idem allegauit textus. Commentarij secundi Prior. Prorrheto. Qui capite dolent firmiter, delirantes, alio suppressa, sero ci asperci, rubore in fcaie efflorescente, in posteriorem partem conuelluntur. Doctores. Alius suppressa capitinis affecti, haud quaquam signum proprium est, sed inferiorum partium in agri perniciem conspirantium. Auget enim capitinis affectus evaporatione, & materiæ ad superiora inclinatione. Addebam glossam ad textus. commentarij secundi Prior. Prorrheto. ubi inquit Alius intercepta semper capitinis symptomata exasperat. Quo ad vigilias allegauit textus tertium commentarij secundi Prior. Prorrheto. Qui capite dolent, si ticulosi, atque vigiles, obscurè delirantes, impotentes cum alio liquida delassati an numis mente mouebuntur. hucusque textus. Doctores. Dolor capitinis affectum locum demonstrat: vigilia vero affectus causam, nimirum siccitatem cerebri, & biliosam, acremque exhalationem: vnde ex cause continuatione duplex periculum impendet conuulsionis à siccitate, & phrenitidis à biliosiore facto sanguine, ad textus alibi apportatum à nobis ex Aphorism. Propter vigiliam conuulsio, vel desipientia, malum. hucusque textus. Quo ad labij tremorem allegabam textus. Charioonis, cui tertio die labri interioris tremor, fecutæ conuulsiones. In punto allegavi textum ex Prognostico (Pueris conuulsiones sunt) & licet loquatur in puéris, in viris etiam intelligi, cum supradictis conditionibus, dixerunt Doctores ad prædictum textum, & præser-tim Vallesius versiclo (Tamen in viris 12 non timebitur). Cum ergo graues & affectus præmonstrentur, quia quæ vitari, cum inciderint, non possunt, & per difficulter curationem recipiunt, prudenter Medici esse dicebam, multò ante prouidere, & præcauere, ne sint. Etenim cognoscere conuulsionem, quæ est in effectu, vt remedijs vix sit locus parum artificiosum est, & vulgo etiam notum. Hæc sunt, quæ tunc ego in huiusmodi causa dixi. At Pompeus dicebat ex huiusmodi repente alternantibus rubore, pallore iudicium & imminens, vel confitū significari. Multas enim eiusmodi mutationes fieri in critica perturbatione, in qua

qua natura modò vixtria, modò resurget morbus, & altero oppugnato alterū inualescit, vidimus experientia, confirmante. Confidus speciem ex tremore labij demonstrari, nam vel vomita, vel deiectione sè debere evanescere naturam. & in hoc apportabat tex. Labium & contractum alii biliotæ eruptionem significat. & in Pythione non ne os distortum est (dicebat) humore deorsum transseuntem. Vnde nihil faciendum esse dicebat, post addi text. Hippocratis in libro de Crisi. Quibus in febribus coaratum & dolor oculorum distortio, aut cæcitas, aut testiculum tumores, aut mammarum elevatio febrem ardentem soluit, aut etiam sanguinis ex naribus fluxus. hæc Hippocrates, quæ critica esse posse per metastasim materiæ ad caput. videtis; At prædictus de Macarone, non conuulsionem, neque phrenitidem imminere, dixit, neque confiditum expectari, vel imminere, nulla enim indicia conflictus præcesserat, sed supra diuturnitatem & morbi præagiendum esse, & apportabat text. in punto 40 ex 4. Aphorism. Et ubi in uniuerso corpore mutationes, & nunc corpus refrigeratur, nunc incalescit, aut color alter ex altero fit, longitudinem morbi significant. hucusque text. Significatur enim multiplex materia, multiplicesq; motus, in quibus superandis tempore opus est, ad conclusionem medicinalem. Quæ plures affectiones apparent, eò naturæ opus operosius, & esse communem opinionem omnium Doctorum. Et tandem allegabat Hippocratem, qui primo Epidem parte 2. describit tempestatem, qua gravabantur continuæ febres, quibus cum nunquam intermitterent, rigores inordinati, & errantes fiebant. Itaque fiebat illis modò calor, modò frigus: de quibus ita inquit. (Octogesimo cum breuissimè iudicabantur.) Diurna verò per se non esse mortalia conclusit. Prævaluuit opinio, & votum Domini de Macarone, parentes gaudio nimio fuerunt perfusi, quia saluabatur, cum ancipites essent propter me, in quem plurimum confidebant. Sed infelix & euentus, confirmavit meam sententiam, quia ad paucosties, diem suum obiit, & modus mortis, cum conuulsionibus.

Domini quotiescumque repente circa 18 morbi & incrementum, vel circa statum, color ægri subinde permittatur, malum, & duo significantur, angustia, labor, & pugna, vel virtutis laborantis casus: de-

inde humorum malitia, & translacionem humorum fieri pro indubitate habebatis, quæ quo evasura sit, nihil certo predici potest, at quia huiusmodi translatio spirituum, ac sanguinis motum infert, partem principem inuidit, præsertim & caput, quod venis amplis uniuerso corpori patet, ut alibi diximus, sed ex alijs signis distinguere oportet etiam. Quia si aucta morbi malitia, vt in casu nostro, quia labrum tremebat, cum alijs conditionibus, timemus maximè conuulsionem, vel phrenitidem, & tunc in pessimo casu fuius, nam mors est in propinquao. Limita primò, nisi antegressis cognitionis signis, & die critico huiusmodi alteritata mutatio fiat, sic enim perturbatio conflictatoria ostenditur. Sic enim docet experientia in eo certamine naturæ contra morbum, variam fieri corporis mutationem in colore, calore, pulsu, respiratione, motu, sensu, & ratione ex quibus excretio aliqua prænuntiatur. Limita secundò, nisi peculiari ventriculi, aut animi affectu, externa enim semper exceptiuntur. Limita tertio nisi in affectibus animi, ventriculi mordicatione, vt à vermis, bile acri, humore frigido, deliquijs animi, cerebra huiusmodi, huiusmodi caloris mutatio fiat, ac modo pallescat æger, modo rubore suffundatur, quæ, etiæ præua signa sint, non tamen vt in casu nostro. Limita quartò, nisi accident in ipsa accessione. Alius enim color in euntis accessionis, alius vi-gentis, & inclinantis. Quæ cum naturæ rerum consentiant, & simillima sint, non metuantur: intro enim concurrente calore ex pallescit corpus; erubescit verò cù is foras sese explicat: inclinatione, & remissione medium rationem tenent. Sublimita tamen nisi præpostero ordine fierent supradicta, vt vigente morbo, facies ex pallesceret, si inuadente incenderetur talia enim malitiosi morbi argumenta sunt. Limita quinto nisi à multiplicitate morbi acciderent supradicta, quia supra diuturnitatem arguitur. Cum natura varias, & discrepantes affectiones parvo tempore subigere, & concoquere nequeat, & dixit Glosa ad allegatum text. 40. ex Aphorism. Sed in ista limitatione, non estis multum securi, quia affectio diurna per accidens fit mortal is dupliciter. Primo qualitatum diurna impressione, quæ magis alterat, & tandem corrumpt temperamentum. Secundo, quia omne malum cunctando fit deterius.

Adde

Addicerrata agri, & Medici. Limita leæto, nisi talia siant morbo invenient, quia errantium humorum motum, cui natura dominari non potest, offendunt, & vires à morbo superari, quæ mon sunt ad eo pefina, nam quantumvis Medicus solidus sit, iam in principio ad evacuationes incendit, & sic, livet noti intelligat mistis: satisfacit, quia, cum supradicto tempore, quia humores turgent, ad eorum evacuationem festinandum.

Non obstant allegata ab ipso Pompeo,  
& quo ad primum, non obstat, & iam satis  
factum est in limitationibus, quia consi-  
cūtus non instabat, quia nec cōditionis + si

**21** cius non instabat, quia nec coctionis & n-  
gna præcesserant, neque die fatali fie-  
bant illa. **Quo ad textum illum de labij**  
**22** & tremore, quod tunc est signum vomi-  
tionis, cum tenue sputum coniunctu est,  
quo os in vomitoris assidue plenum est.  
possunt enim esse causa vermes, quorum  
considera signa. Secundo respondemus,  
quod tremor labij tunc signum vomitus,  
antegressis signis salutaribus, & cri-  
ticis, siquidem die critico mouetur tre-  
mor, vomitionem expectabis. Extra ea

omnia, conuulsio metuitur, per ea, quæ  
diixerunt Doctores grauissimi ad allega-  
tum textum. Quo ad Pythionem, dicimus  
quod in illo acuta, & graui febre labo-  
rante os peruersum fuit, non increcen-  
te morbi & malitia in cerebro, sed ma-  
teria cerebrum relinquente, & ad inferas  
partes transfluentem, Glosa docente, &  
nos alibi diximus. Quo ad text. 40. & al-  
legatum à Domino de Macarone dicimus,  
quod verissimus est, ubi fiant illa, mul-  
tiplici existente affectione, & in hoc di-  
co quod etiam casus est valde periculu-  
sus, & periculum est, ne dum hæc affectio  
oppugnatur, altera inualefacat, quæ prio-  
re pugna fatigatam naturam opprimat,  
quomodo duobus hostibus propositis sie-  
ri consuevit.

Concludendo dicimus, quod terribilis est casus, & bene cum agro agitur, si inde protrahatur morbus, & eò maximè si in certamine praedicto caloris & etiam mutatio fiat, quia malitiosissimus est morbus, & vires inualidæ, & mors est in propinquuo. Et hæc breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 Belli initia, datis nominibus, initiantur.
- 2 Emmanuel Philibertus, dum pugnaretur, in Carolum Imperatorem oculos semper habuit.
- 3 Sub Germania morbus pertinax intelligitur, & propter quid.
- 4 Morbus ex bile & pituita computrescentibus, cur pertinax & difficilis.
- 5 Febris ex bile & pituita genus pessimum & nu. 15.
- 6 Febris in nullo genere, hæc omnia co-sunt, coma, delirium, vel capitis dolor, nisi in quo bilis cum pituita computrascit.
- 7 In febre à bile & pituita, medicus in virtutem semper debet babere oculos, & ab ea nunquam amouere.
- 8 Stratagemma militare Emmanuelis Philiberti.
- 9 Stratagemma in re medica, quod fit.
- 10 Febris ardens aliquando, à principio est comatosa, & statim in somniis.
- 11 Febris ardens quando est citra malitiam.
- 12 Sitis est signum quiditatum febris ardoris.
- 13 Coma et vigilia in primo quaternario, curfiant, & alii fluor, & num. subsequenti.
- 14 Coma & vigilia sunt duplii succo : bile scilicet, & pituita peccante.
- 15 Febris a bile & pituita mixtis, pessima.
- 16 Aluus turbata in principio morbi est temeraria.
- 17 Urina subingalium quid portendant.
- 18 Diet se et magna uis attributa à medicis, & quæ.
- 19 Expurgationem in octava die. quæ prohibeant.
- 20 Hemorrhagia cui sebri sunt familiares, & quibus alijs.
- 21 Stilla sanguinis damnata ab Hippocrate, & cur.
- 22 Dies praestat fidem in omnibus.
- 23 Febris ardens cum prauis symptomatis, quando est dubia, at non de necessitate mortalis. & nu. 43.
- 24 Sudor, febri superueniens, quando salutaris.
- 25 Morbus unus diuersas amat euacuationes.
- 26 Febris quando malitiosa, & pertinax, & num. 31.
- 27 Malitia morbi, & eius pertinacia, unde confirmantur.
- 28 Vomitus qui laudabilis apud Hippocrate
- 29 Excretio sincera, quando mortalis, & quando difficilis iudicij.

- 30 Dies quadragesima multorum morborum medij generis, est finis.
- 31 Circumfricatio, & uomitus, quando morbi pertinaciam confirmant, & quando supra mortem.
- 32 Febris erratica, quæ causæ sint.
- 33 Febris erratica duo genera.
- 34 Febris erratica in quos morbos soleat mutari.
- 35 Febris erratica in quartanam degeneras difficillima. & cur.
- 36 Febris erratica in febrem, paribus diebus afflagentem, recidens, est periculosisima. & quando mortalis, vel difficilis iudicij.
- 37 Fortitudo iuncta prudentia laudatur in militaribus.
- 38 Natura fortis omnia contemnit, & n. 41.
- 39 Virtus que non sufficit ad actum vita, multi minus sufficit externis iniurijs propulsandis. & nu. 42.
- 40 Imperatoris virtuti, & fortitudini omnia subiectuntur.
- 41 Virtus valida omnia contemnit.
- 42 Virtus languida, minimis iniurijs succumbit.
- 43 Febris quantumvis pertinax, & cum periculis symptomatis, si virtus fortis, bene potest sperari.

## A R G U M E N T U M .

Febris pertinax, graibus coniuncta symptomatis, quando difficillima, at nonde necessitate mortalis.

## D E C I S I O . L I .

- D**Vm memorabile illud prælium Germanicum, satis anceps fieret, datis nominibus, † Georgij, Hispanie, Imperij; Maximus & fortissimus Emmanuel Philibertus in Carolum Imperatorem oculos † semper habebat, à quo nunquam amouebat. Sub germania morbus † pertinax intelligitur. germanici enim belli magnitudo, & quantæ fuerit difficultatis germaniā vincere, quæ non nisi suis armis videbatur posse superari; manifestius ex his apparcat. Quippe vna hæc prouincia multò plures exercitus Romanorum profligasse dicitur, quam vniuersus fere orbis reliquus. Hostis morbi pertinacis, id est ex bile & pituita computrescentibus, difficultas † cognoscitur, quia cum diuersa in diuersis succis putredo significetur. Igitur opus coctionis operosius, quæ succorum æquationem molitur. Difficultas etiam & magnitudo ex his appareat, quippe ille

pe iste solus multò plures exercitus  
ægrorum occidisse dicitur , quām vni-  
uersus fere orbis reliquias morborum , pes-  
sum enim febris dicitur & genus , quia  
bilis fermentat pituitam , glosa docente  
in Epidem. & facit tex. nonus commen-  
tarij tertij prior. Prorrheticci . ( Super-  
uenientes rigores , & nocte quoddam-  
modo exacerbantes cum vigilijs & ve-  
narum agitationibus in somnis , arque  
vrinas præter arbitrium exacerbentes  
in comatosas aliquando finiuntur con-  
vulsiones ) vbi Hollerius & Iacotius .  
Crudus enim humor à calore funditur,  
& vt ita dicam fermentatur : eo agi-  
tato plurimum crassi flatus in cere-  
brum fertur , vnde conuulsio , vel ve-  
hemens capitis dolor , delirium , vel  
6 coma , vt in nullo genere febrium &  
sæpius hæc omnia coeant , coma , de-  
lirium ; vehemens capitis dolor , &  
conuulsio nisi in quo bilis pituitæ com-  
putrescit . In hoc genere febris , & me-  
dicus minister generalis in virtutem  
semper oculos debet habere , & ab ea  
numquam amouere , ipsam confirman-  
do , contra vim morbi remedia exco-  
gitando , atque omnino agens , vt vin-  
eat . Maiore vi vtendo vbi superiorem  
morbum præcognoscit . Et sicuti vi-  
ctoria potita , eaque enunciata , quia  
Cæsar's equites prædæ auditate nimis  
dispersi vagari videbantur , quod non  
leue periculum est inter victorias , ne  
8 ignota & auxilia hostibus aduenientia  
victores dissipatos nullo negotio fundant , quod non semel euenit , iubilis  
Philibertus prudentissimus cani recep-  
tui . Sic eiudem naturæ Vicarius Ge-  
neralis victoria potita salutem enun-  
ciat & hoc procurat , vt ne natura &  
designata prædicta victoria insidijs mor-  
bi & externis iniurijs inter turbetur ,  
per ea quæ dixit Hollerius ad tex. ( Quæ  
præter vacuationis vasorum rationem  
contingunt impotentia : ) comment. 2.  
Prior Prorrheticci , de qua febre pertina-  
ci in hac Decisione .

Philippum fortupatum æstate in au-  
tumnūm inclinante febris corripuit acu-  
ta , ardens , sicciculosa , primis morbi  
diebus comatosus fuit , & statim in-  
sommis erat . Alius fluida , cum vri-  
nis crudis . Casus non videbatur adeo  
verendus , quia , & si acuta ardens , ob-  
bilem calidiorem erat tamen citra ma-  
litiam , ob calorem febrilem in onnes &  
corporis partes æqualiter diffusum , qui  
signum erat , cui nulla inflammatio ma-

ligna coniuncta esset . Exteriora enim  
non calere pro ratione febris , signum  
malignæ ac mortalis , quales sunt lyp-  
ria , & quædam ardentes à phlegmone  
visceris alienius nobilis ex crassis succis  
ortæ , idem dicendo si exacerbentibus  
interioribus , exteriora frigescerent , ad  
tex. ex Aphor. & ex Prognostico . sitis  
12 est etiam & quiditatua ipsius , ad tex.  
ex 4. de Acutis , & nos alibi in hac pri-  
13 ma parte diximus . Si comatosus & &  
statim insommis , cum prædicto aliui fluo-  
re , cum hæc in primo quaternario sie-  
rent , videbatur habere locum tex. 26.  
( Quæ ex lumbis ad collum , caputque re-  
dundant , resoluuntque paraplectico mo-  
do ) commentarij tertij Prior. Prorrhetic-  
ci , scio casum Hippocratis esse de alijs  
symptomatibus , at facit tex. quia est  
de infestantium humorum diffusione &  
symptomatica translatione à lumbis in  
partes superiores , ex qua nihil prædicti  
potest certidum adhuc humor irrequie-  
tus est , quia possunt fieri symptomata  
ab Hippocrate adducta , vt manus agrè  
inoueri , nec exactè sentire , impedito  
spirituum animalium commeatu in cer-  
uice , qua parte nerui feruntur in manus ;  
Mox superuenire conuulsionem ac deli-  
rium , à neruis ac musculis ad neruorum  
principium , ( quod facillimum est ) facta  
translatione humorum . Ex his ergo va-  
rie ægrotant per ea profecti . In casu no-  
stro , humor bilius quasi turgens & ir-  
quietus quæ cruda sunt in cerebrum rapit  
atque ij derepentè somniculosi sunt sed  
natura robusta eundem humorem ir-  
quietum ad partes inferiores conuertens  
è somniculoso vigil & sic in alio tex. Hip-  
pocrates dixit ( Aut ægrorum aliui labo-  
rant , dum per ea symptomata aguntur )  
& sic ardens febris , at citra malitiæ , si-  
ticulosus , symptomæ annexum febri præ-  
dictæ , comatosus , à diffusione humoris tur-  
gidi in superas partes , quibus detrusis ad  
partes inferas , alius aperta , & vigil factus ,  
vrinæ cruda , quia hæc primo morbi qua-  
ternario , & per consequens morbo crudo ;  
Sed maturius considerato casu fuit judica-  
tus à nobis difficillimus , quia prædictum  
agrum nunc sopore , nunc illo perugilio  
teneri , redundare duplicum illum succum  
14 pituitosum , & scilicet , & bilius sum , indica-  
15 bant , à quibus febris genus & pessimum ex  
glosa supra diximus , & alijs rationibus  
Quo casu Parus , mulier Thasia , aliæ  
que multæ , mulier , phrenitica , omnes  
obierunt ( curante Hippocrate . Alius  
turbata in principio omnisque absces-  
fus

sus damnatur, ante quam morbus fuerit concoctus. Concoctio enim natura ordine praeceps, excretio sequitur. Temeraria ergo est excretio, quæ fit in totum crudo morbo, vires deicit & periculum portendit. Nam etiam si sudore, vel alii exturbatione, & intempestiva excretione pars materiae excluditur & vapor exhalat, inde tamen deterius, vel nihil melius agro esse solet: aut si quidem leuius imprætentia, paulo post tamen febris reperet, per ea quæ dixerunt. Doctores ad tex. 32. Commentarij Secundi Prior Prorrhætici. merito ergo duximus illam excretionem intempestivam quod ex subsequentibus magis clarescat. Quia prædictus ager sexto minxit vrinas subiugalium, & à quibus delirauit. Quibus vris dubitauit valde de vita, quia prædictæ vrinæ, (ex quibus acutam valde esse febrem etiam didicí ex habita mutatione) fuisse iam & fermentatum esse humorem crudum significabant, coque agitato plurimum crassi flatus in cerebrum translatum, a quo prædictum delirium. Et sexto dixi, magna & vis attributa amedicis, quia maiorum, & mortalium formidabilis iniuria, sicuti bonorum signorum virtus, quæ eo die editur, infirma est: Et quia septima die delirium, & febris, exacerbata, cum prædictis vrinis, positus fuī in consultatione cum jd. Ioah. Vincentio Tantillo, huius tunc Regni Prothomædico vigilantissimo, meoque auunculo, quæ tunc proposui, non intranthic, quæ nec placuerunt, (præsertim, expurgatio propofita & pro octava die) prædicto de tantillo. Porro habebat magnam febrem, & delirabat, ager noster hac magnopere prohibere expurgationem, constat facile, legenti quæ Hippocrates scripsit libro de expurgantibus medicamentis, ac multo magis, quæ libello de locis in homine, versiculo: Febricitanti caput ne purgato, ne furiosus fiat. Calfaciunt enim caput pharmaca purgativa, & fane ad caliditatem febrilem accedens, ea quæ in medicamento est, maniam facit. hucusque Hippocrates. Si ergo cui solum insignis capitum calor est, usus pharmaci facit maniam, quanto certius, cui iam est deliranti, faciet phrenitidem vel convulsionem? Sed de his suffissime in qua parte: Decima tertia parum à naribus diffiliunt. Dicebam ego febrem esse ex genere ardenti, & quibus Hemorrhagia, ut & internis incendijs partium magis conuenient. Iam vero siccare sanguinem cum ointino damnatum sit ab

21. Hippocrate, & prout nos alibi diximus in hac prima parte, magis quidem damnandum est in ardoribus. Naturæ enim infirmitas & malitia morbi iudicatur, vt & omnes excretiones, aut abscessus, qui morbos non iudicant. Deteriores enim multò sunt, quam si nullo pacto apparerent, quod aut partium resolutionem significant, à quibus manant: aut naturæ infirmitatem, quæ infesta abigere conatur, nec potest: aut humoris copiam ac feritatem ante tempus naturam ad excretionem irritantis. Eius modi sunt sudores, tubercula, pustulae, parotides, deictiones, hemorrhagiae, menses, quæ ubi fieri caperint, protinus desinunt refluente in tro materia, addebam diem, qui & ad augebat fidem, unde difficillimum casum es-  
22. se & concludebam: valdeque dubium, at non mortalem, virtus enim fortis semper erat, & ad necessaria ager recte se habebat. Vigesima sudauit per totum, a quo  
23. febris non intendebatur, & Hoc à nobis salutare iudicatum, ab euentu, quia ager leuius habuit, & febris, & quæ febri connexa erant, quietiora, & est tex. (Acuti morbi iudicantur sanguine fluente è naribus, die critico, & sudore multo) Quia  
24. vna & eadem morbi & species diuersis, excretionibus iudicatur, febris ardens tum hemorrhagia tum sudore, indicatur, ideo Hippocrates vrasque excretiones annotauit. Sed iterum recidit in febrem, ex-  
25. quo supra morbi malitiam, & eiusque pertinaciam iudicauimus: A prædicto enim sudore vacuata febrili materia bile & pituita, vaporibus quoque & exhalatione expurgatis febris fuit ut consonum videbatur remissa. Celeriter ergo recalescerere, maligni morbi & pertinacis indicium, ad intellectu tex. 32. (Si ex perfictione sudantes) commentarij Secundi Prior Prorrh. Vigesima septima multa biliosa syncera ab alio fluxerunt, At natura fortis, vrinæ non adeo turbata, & febris non adeo acuta. Ex ista excretione confir-  
26. matimus iudicium malicie & pertinacia morbi, excretio enim facta, sed præ-  
27. tua, quia syncera biliosorum suo sero, quo diluebantur, carentium, & omne syncerum pranum, in casu nostro feniore, & in-  
cendio febrili exhausto prædicto sero, quo pacto nunquam critica esse potest, cum moderati caloris & concoquentis nullam notam referat, sed ferudi & ignei. Obidique Hippocrates in Prognostico eu-  
28. tantum vomitum & laudat, quæ ex pituita & bile permistus sit, nec ad modum crassus ex hausto sero, nec paucus aut copio-

fus & frequens, nec sub putridus & foedi  
odoris, nec lividus niger, aut his omnibus  
coloribus variegatus. Ab ista & vel ager  
moritur, vel protrahitur. Utrum sit, tum  
ex adiunctis, tum ex consequentibus co-  
gnoscitur, malam excretionem cognoscimus,  
quia meraca, periculum per conse-  
quentia, ut si tremor & anxietas sequatur,  
vel virtutis deiection, sed quia ab ista ex-  
cretione natura fortis erat, febris remis-  
sa, vrinæ paululum rectificata, supra diu-  
turnitatem eiusque pertinaciam indica-  
ui, confirmauimus. Quadragesima que  
30 + multorum morborum mediæ generis est  
finis, ut vigesima multorum acutorum,  
circumfriguit vomuitque multa à quo  
recaluit, eadem natura fortis, sed minus  
afflito ægro, beneque ad vitæ necessaria  
se habente, supra eandem pertinaciam  
confirmatum præsagium. Secus enim suis-  
set, si grauius ac vehementius affligeret  
ager, quia malitiosus ac mortalis  
morbus. Indicaret enim copiam mate-  
ria & malitiam cum infirmitate naturæ,  
que pro excretione & frustra suscepta  
critica contentionem materiae translatio-  
nem, & ad interiora, refluxum attulit, si-  
mulque in opere deiecta est ad tex. vul-  
gatum, at à paucis intellectum. Iudicato-  
riorum non iudicantium quædam morta-  
lia sunt, & quædam difficilis iudicij. A  
quadragesima usque ad sexagesimam er-  
ratice febre prehendebatur sine ullo cir-  
cuitus ordine, & aliquando tertio, vel  
quarto ager febricitabat, interdum quin-  
to vel sexto, idque sine ulla complicatio-  
ne circuitum, que ignorata interdum  
speciem febris eretica representati non  
quod febre careret, sed alleuatus, & ali-  
quid intermittens, rursum reuertebatur,  
modo supradicto virtute tamen semper  
constante, & fortis, & tunc valde timere  
capi ob morbi pertinaciam Quia, siue hu-  
31 ius erratici motus & causa esset prædicto-  
rum succorum putredo & collectio Gale-  
no docente & mutatio humoris in febris  
diuinitate. ut enim diuersi sunt & varii,  
ita diuerisas habent, & varias putredinis  
differentias. Colliguntur autem & in va-  
rijs partibus, & varijs ob errorem in victu,  
qui vel alium humorē generat, vel simili-  
lem souet, vel melius ob inconstantem, &  
inæqualem aeris constitutionem, ut au-  
tumno, in quo eramus. Moti secundum  
peculiarem naturam, quam singuli humo-  
res habent, ut bilis paribus, melancho-  
licus humor paribus, pituita singulis die-  
bus, & ut multi grauissimi Doctores asse-  
funt, pituita à media nocte ad sextam ma-

tutinam; à sexta ad meridiem sanguis, i  
meridie ad sextam bilis: hinc ad medianam  
noctem melancholicus humor, siue humo-  
ris mutatio in aliam speciem, & ab atra  
bile, vel crassamento relicto atrabilis na-  
turam induit qui inæqualiter patrescit,  
& hac parte putris commonetur, illa sine  
putredine immotus manet, per ea que di-  
xit glosa ad tex. 27. 3. Prognost. Ex qui-  
bus duo erraticarum febrium genera co-  
32 stituuntur & Vnum earum, que ex conge-  
rie succorum diuersi generis in corpore  
putrentium ortum habet: alterum earum,  
que alijs succedunt, ut semitertianis, in  
casu nostro, continua, acutæ ardenti. Istæ  
febres solent mutari in longas ac diffici-  
33 les & quartanas, aut in accessiones pari-  
bus diebus degenerare, ad tex. à nobis ali-  
bi apportatum, vel in hydropes, ut in seni-  
bus, prout dum hæc scriberemus in d. Agamennone de bononia, si in quartanas  
34 degenerabunt, & quæ sit hoc difficile fu-  
turum ex natura quartana febris intelli-  
gitur, que autumno incipiet, & fractis ex-  
diuinitate morbi viribus succedit, ac  
videtur nouam morbi historiam ordiri,  
causamque attescere lethi, ut ait Propera-  
35 tius. Si in accessiones paribus diebus &  
degenerabit, erit error peior priore. Na-  
turæ æconomia mutata. Cum enim im-  
paribus mouere soleat, si ad pares recidat  
exacerbatio, præcipitantis iam & debili-  
tate naturæ argumentum est. Cuius ordi-  
nem perturbat materia morbi vel copia,  
vel prava qualitate, ut diuina eius vis, que  
ordine omnia facit, anticipare cogatur,  
nec amplius eodem temporis tractu eo-  
demque circuitu excrementa aggredi &  
expellere possit, ut merito ex Hippocrate  
conclusum, & decisum, febres, que acutæ  
sunt, quæcumq; difficillimum quartum ha-  
bent diem, mortales esse; aut difficilis iu-  
dicij, si mitior febris, prout in domino  
Baldassare Maccagnone Iureconsulto pe-  
ritissimo, & Regio Consiliario, sed bona  
ægri fortuna alio returbata, multisque  
prodeuntibus cum tolerantia & conferen-  
tia octagesima tandem fuit liberatus.

Domini in re militari, fortitudo iuncta  
36 + prudentia mirum immodum laudatur,  
quia omnis laus à virtute procedit. Vnde  
qui solus plures inuaderet, nisi proposita  
insigni utilitate, aut necessitate, sicuti fe-  
cit Cocles, aut qui ita gloriam appetat,  
ut propter eam vitam in consulto profun-  
dat, ille magis stultus & vitæ prodigus,  
quam fortis esset iudicandus. In re me-  
37 dica cum natura, + que semper est doctis-  
fima & citra disciplinam prudentissima,  
ad

ad tex. ex Alimento. iuncta est fortitudo nulla tormenta, nulla colubrina, nullique canones, quæ sunt horrenda symptomata, nulla munitiones, nulli bellici apparatus, quæ sunt cocochymiae, & apparatus morbos, nulla tandem propugnacula id est, ullus morbus potest comparari, & resistere. Huius veritatis exemplum accommodatissimum est ad tex. (Qui in febre continua muti iacent, clausis oculis subinde connuentibus, si quidem è naribus languis effluat, & vomuerint, atque ex eo loquantur, & ad seipso redeant, teruantur) casus est in agro in quo materia febris sursum rapta est, atque inde oppressa virtute animata, quæ in cerebro est, motus, sensus, vocis priuatio, extitit, quam aphoniam vocare consuevit. Ac palpebrae quoque copia oppressæ, agrè se attollunt, vt in dormitientibus, ex quo modò concidunt, modò nictant, & sese motitant. Terribile symptomata, & præser-tim primis morbi diebus, quibus huius modi translationes fieri consueuerunt ad tex. 62. ex quarto de Acutis. Reliqua spes est in virtute, quæ si fortis, per salutares vias materia, qua præmitur, exclusa se se excitat; & facto impetu partim per nares, partim vomitu, & tu amplia, vel deiectio-ne sese eo pondere liberat, & salus expe-ctatur. Si languida & deicta, nullum superdictorum præstabit, ad conclusionem 39 medicinalem. Virtus, quæ non sufficit ad actum vitæ, multò minus sufficit ex-ternis injurijs propulsandis. Ut enim in facultatis robore duo principia sunt, ita in imbecillitate. Virtus itaque exoluta ne que materiam morbificam vincere po-test, neque ferre symptomatum vehemen-tiam, neque criticam excretionem, vel perturbationem. Hinc magna & vehe-mentes omnes affectiones in summo virtutis langore mortales sunt, ut delirium, peripneumonia, pleuritis, angina, ergo & mutitas in febre continua, à trans-latione prædicta cum imbecillitate in-uecta, & sic materia impetu decurrent ad pulmones, æger suffocatur, breuique ex-tinguitur, ad allegatum tex. (Quod si ni-hil horum acciderit, in difficilem spiritu redacti in breui moriuntur) In re mili-tari, nulla vel antiquissima mania, & nul-la tormenta, nulli bellici apparatus, nulla propugnacula suot cum virtute Imperatoris eiusque strenuitate comparanda; eu-ius imbecillitas omnia hac facit inutilia. In re medica; virtus fortis, omnia con-temnit, Galeno & scribente, languida & 41 defecta, minimis etiam iniurijs succum-

bit, nec cuiquam, aut motui violento resi-stere potest. Ut enim in facultatis robo-re duo requiruntur, vt intus operari queat & sese ab exterris impressionibus tueri, ita in infirmitate, duplex est causa; una q[uod] cum sit in principiis ratione, laesa neque officium probè facit, & eins offensione cæ-tera leduntur, altera quod tueri se nequit ab incommodis & violenter incidentibus. Huiusmodi itaque imbecillitas neque pu-gnam perforeret, multò minus excretionem huius doctrinæ vniuersalis exemplum par-ticulare est ad tex. 46. ex 4. Aphor. Adde doctrinam glosa ad tex. 6. Commentarij. 2. Prior Prorrhæt. versiculo. (Bilis vacua-tionem) Quid plura Eropytho febris per-tinax, à bile scilicet, & pituita cum gra-43 uissimis & symptomatis: quia caput ante morbum dolebat, in illud firmandū mor-bum, ad tex. vulgatū ex Aphor. sicut fuit firmatus, quia delirauit, fuit vomitus à principio biliosorum multorum, à quo dif-ficilis tolerantia, dupliciter pessimus, pri-mo quia fuit decretorium non decernens, secundo, quia difficile tolerabat morbum, propter fortē febrem astuosamque, ad doctrinam glosa ad tex. 47. ex quarto de Acutis. (Vrinæ tenues nigrae) in qua om-nes mortui sunt in Epidem, quia morta-lis, ad doctrinam glosa ad tex. 9. Com-mentarij 2. Prior. Prorrhæt. (Sublime ap-pendiculum) quod capiti minatur ad tex. Conuulsio, in febre, versiculo (tum si vri-na subsidentia in medio annat) & cum pessimis signis, mortalem facit casum, ad tex. Hermocratis & Philistis. (Surditas quatuordecima) hanc esse signum phreni-ticum dixerunt Doctores ad eundem tex. Hæc, & si primum quadrageimo leuata multo sanguine excluso è naribus, qui sa-pius, sed paulatim effluxit ad sexagesimū, hoc tamen tempore vehemens caput dolor. Hic à surditate valde formidabilis in longis morbis, ad tex. (surditas in acu-tis & perturbatis superueniens, malum: malum quoque & in longis). Excitat autē & ijs dolores in coxis) Sed melius, coxa dextra dolor fortis signum abscessus ad eandem partem, a quo febres intendeban-tur, tanquam iudicatoria non iudicantia. Non multo autem tempore postea dolo-res omnium inferiorum partium. A qui-bus contingebat febres esse maiores, & surditatem multam, quod erat valde pes-simum, tum quia erant iudicatoria non iu-dicantia, quæ in tantis miserijs erant mor-talia, tum quia etiam diffusio arguebatur materia multa, & uitiosa in multas par-tes. At bona ægri fortuna, quia contingit

virtutem esse fortem quæ omnia contemnit, circiter centesimum exturbata est alius: centesimo febris & surditas placata sunt, & omnino ardente febre exolutus est ager, & hæc breviter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M

- 1 Febriculosi quando ad graues febres patrati.
- 2 Praeuisio est melior curatione. vide n. 16.
- 3 Equi Stesichoris fabula quæ accomodata tur multis actionibus humanis.
- 4 Exemplum illorum qui non curati diu-  
tius vixissent;
- 5 Febriculosi nullo valido presidio vidin-  
tur indigere.
- 6 Expurgatio in acutis quando concida-  
tur.
- 7 Expurgatio in intermittentibus rarissi-  
mè conceditur.
- 8 Expurgatio quando conceditur ab Hip-  
pocrate.
- 9 Malitia unde pendit.
- 10 Febres pestilentes ab alijs differunt per  
excellenciam putredinis.
- 11 byeme corpora minus perspirabilitia.
- 12 byeme, etj corpora minus agrotent, semi-  
naria tamen intus includantur.
- 13 Lumborum dolor situs optimus pro mor-  
bis.
- 14 Horror quid indicet.
- 15 Vrina tenues quid indicent.
- 16 Prauentio maximum habet pondus in re  
militari, & medica.
- 17 Febris leuis, quando est periculosa.
- 18 Praeuisio est utilissima.
- 19 Virtutis imbecillitas impatiendo plus po-  
test, quam subiecti dispositio in re-  
fendendo.
- 20 Pueri, & si calido innato abundant, fa-  
ciliiter in morbos frigidos incident.
- 21 Natura robur non solum ad actionem,  
sed etiam ad repugnandum multum po-  
test.
- 22 Phrenitidis & conuulsioni eadem ferè  
signa sunt.
- 23 Conuulso mortalis que sit?
- 24 Conuulsioni grandioribus quando mor-  
talis.
- 25 Natura robur non solum ad actionem,  
sed etiam ad repugnandum multum po-  
test.
- 26 byeme ut agrotent homines gravissimas  
causas subesse oportet.
- 27 Textus, Scamander in larissa expositio.
- 28 remedia generosa quando non habent  
locum.
- 29 Pleuriti cum sputo sanguinis an semper

renuat sanguinis extractionem.  
30 Expurgatio in acutis quando habeat lo-  
cum.

## A R G U M E N T U M.

Febris lenis, sed cum malitiosis symptoma-  
tis, Vnde maxima cautione vtendum.

## D E C I S I O . L I I .

**V**iro nobilissimo temperamento præ-  
humido, & frigore hyemali, febricu-  
loso, inhorrescenti, cui vrina erant deco-  
lores, & lumborum & dolor, magnum, &  
malitiosissimum subesse malum pronun-  
tiavimus, & ad præuisionem ( Melius est  
enim prouidere t ne vulnera infligantur,  
quam post inflicta remedium querere )  
multa fecimus tulitque patiens, à quibus  
seruitutem morbi per aliquot dies subiicit  
sed leuem, & conualuit. Poterat dici illud  
illi accidisse quod fabuloso equo & Stesi-  
chori, qui ad vlciscendam cervi iniuriam,  
quia is pabulum conculcasset seruitutem  
subiicit. Cupidus enim equis vindictæ,  
Iuuenis forsan. ( Ita sunt ardentia ad om-  
inem animi imperium iuuenium desideria )  
ad auxilium hominis confugit, & ad faci-  
litatem vindictæ frenum & Ephippium  
passus est. Quæ perbelle videntur acco-  
modari posse ad omnē prudentiam, actio-  
nesque humanas, Vt b̄s enim aliqua libe-  
ra, Regnumque liberum fatum tandem  
quiete, & diuturna tranquillitate, vel For-  
tunæ arbitrio, quæ solet diuturnæ alicuius  
ciuitatis regnique felicitati inuidere; cu  
nihil beatum aut tranquillum in rebus hu-  
manis diu esse patiatur, vbi præsertim de-  
montia hominum ad mutationes præci-  
puè aditum patefecerint, exardescere in-  
cipiunt ciues, tantumque contrahere odi,  
inter se, ob ciuiles dignitates, vt non se-  
mel proprius periculo sit ne tota ciuitas  
suis armis, popularibusque seditionibus  
ad internectionem tendat, pro tanti mali  
remedio mittit legationes ad aliquem po-  
tentiores in tantis periculis, & cala-  
mitatibus urbem illam negligat: & quam  
citissime labentibus rebus succurrat, op-  
pressosque ciues pro sua innata clemen-  
tia & iustitia sublevet. Omnim bellorum  
miserrimum esse & acerbissimum quod  
inter ciues eiusdem ciuitatis geritur: non  
solum quod hostis sit intra mania, sed mul-  
to magis quia non opes, non gloria, non  
imperium tantum denique, queratur in  
bellis & tumultibus ciuilibus, sed vita.  
& sanguis, & iugulam ipsorum ciuitum.

Facile

Facile vero posse illā urbe à tantis molestijs subleuati ; si publico ipsorum ciuiū sumptu p̄dictus Princeps aliquā cohortem mitteret ad urbis custodiam ; quorū pr̄sentia tota ciuitas cōquiesceret quod facile imperatur. At enim cum idem pro p̄ predictis ciuib⁹ accidat, quod p̄dictio equo. Stesichori ; qui ad vlciscendam p̄dictam cerui iniuriam, quia is pabulū conculasset seruitutem subiuit demum cognoscunt in quos errores sint collapsi, vt enim equas ille cupidus vindictæ ad auxiliū hominis aufugit, & ad facilitatem vindictæ fr̄enum & ephippium passus est, sic ciues illi externis auxilijs imploratis non minus in seipso, in patriam, in libertatem, quam in aduersarios vltionem conuerterunt, totamque vim vindictæ. Quia p̄fectus, urbisque gubernator nomine p̄dicto, ptimatum non nullorum animis sibi conciliatis, obstrictisque amicitia & beneficijs tantum autoritatis in ea vrbe paulatim sibi comparat, vt tanquam summas Imperator erga reliquos ciues implacidus & imperiosus sit, qua acerbitate ita animos ciuium in le concitat, vt facile cognoscetur in quos errores incidissent ; atque inf. ammarit ad excuriendum seruitutis iugum, quod suis ceruicibus parari videretur. Se iad nos facit tex. in pūcto, (Scamander in larissa, & coxa sphacelum habuit, & os diu luxatum. Hie sectus est sectionem magnam, & ad os usque pertinente, & deinde vstus est. Tunc die duo decima post sectionem spalmus capit, & tenuit multum) & in fine tex. (Fortè vesperi occidente Sole mortuus est videbatur autem plus p̄ temporis sustinere potuisse, nisi ob vim pharmaci) Ecce exemplum eorum, qui non curati diutius vinecent, & curati citius moriuntur. Mortuū enim esse hunc non ex veteri morbo, sed ex curatione constat, quia vigesima die à sectione est mortuus : sed & ex modo moriendi. Mortuus enim est conuulsus, vt solent scilicet qui moriuntur ex vulneribus circa articulos. Secundo quia eum esset febriculosus, tu dic parum febriens, nullum generosum p̄sidium videbatur habere locum, & p̄sertim venæ sectio ad intellectum tex. (Impedimentum ijs, qui cruenta expūnt) ex tertio de humoribus, & sexto Epidem. sect. 3. vbi gl. & Doctores & facit tex. 19. (In morbis acutis) ex 4. de Acutis. Tertio neque etiam expurgatio alii, quia purgandi occasio p̄ in acutis conceditur & in illis tantum in principio, nec tamen in omnibus, sed in illis solis, in quibus cōspirant in vnum h̄c,

humor turgens, corpus non imparatum purgationi, & astimata vtilitas maior ex vacuatione, quam ex calore noxa. Quæ tria simul cōspirare rarissimum est. Nec nos sumus in isto casu. Si conceditur in febribus intermittentibus, hoc lenius, & 7 cautius faciendum, licet à me p̄ quasi nunquam sit factum, propter calidissimorum viscerum cordis & hepatis feruorem; propter calorem humorum ex motu contrarium: & propter deleteriam qualitatem, qua Principes partes medicamentis purgantibus inficiuntur propter quas miseras expectat Hippocrates languescentem p̄ humorum ebullitionem, & digesta tenuiore parte decrementum, in quo cum maiore v̄su, minore damno purgatur, ad doctrinam ex Aphor. Prorrhet. & libro acutorum. Quanto ergo minus in febriculo sofo sed ex alio latere considerabamus corpus p̄hunidum & nos scimus à dupli ci capite omnem malitiæ & rationem petendam esse ad doctrinam Gal. in libello de Conſt. artis medicæ cap. 16. & quarto Methodi cap. 26. Nempe à natura putridi humoris: præterea & à natura membris, quod ab eo humore afficitur. A natura quidem humoris, qui putreficit, duplex potest esse ratio malitiæ. Altera, quæ est ratione propriæ illius humoris. Ut exacta atrabilis, à qua muscae fugiunt, & projecta in terra bullas excitar, humor est suapte natura malitiosissimus; qui putrescens de terrim habet putredinem, de quo Galenus in libello de atrabile, eiusque excretionem quocunque tempore factam mortalem facit, versiculo. (Ego vero cum ab adolescentulo apud Pelopem p̄ceptorem) & 4. Aphor. ad tex. 21. & in Epid. versiculo. (Horum excrementorum plures differentiae fuerunt.) Et merito mortalis, vt signum & causa. Signum enim caloris igneis, inexplicabilis cuiusdā putredinis, & in emperiei inexpugnabilis viscerum nobilium & partium, vnde manat. Causa, quia intenuitæ partium quarundam calidiorum tantam retinet acrimoniā, vt viscera ipsa nobilia, itemque ventriculum, & intestina arrodat & exalceret; crassitie verò aliarum partium vſtarum ita contumaciter adhærescit, vt nec celeriter per mea re queat, nec tota simul excerni, vnde cancri & vlcera immedicabilia naſcentur. Ita etiam viruleatus, & æruginosus humor, inquietum, tanquam in causam retulit glosa cur phreniticus ita cito perierit, quia cū inculpatè haberet, prima statim die phrenitis inuasit cum febre horrida, æruginosorum multorum, & tenuium

tenuum vomitu, sudoribus, aphoniam, & similibus. Altera potest esse ratio malitiae ex ipsa putredine: licet enim interdum humor putrescens, alioquin ex sua natura, neque malitiosus, neque venenosus fuerit: potest tamen ad eo vehemens, & mala excitari putredo, vel ex multa obstructione: vel ea latente: vel ex magna victoria caloris externi, vel, ut in casu nostro ex multa eius humiditate, ut ex putredine ea multa acquirant putrescentes humores malitiosam, & veneno similem naturam. Sicuti enim in exterioribus diuersos modos, & ordines putrescentium rerum videntur, quod & ex malo odore, & colore, & alijs accidentibus facilè percipere possumus, & in putridis viceribus, & in abscessibus, qui ad putrefactionem partis terminantur: Ita & in vasis, in quibus continentur humores in animante, varia est putredinis ratio, per ea quæ dixit Galenus primo de differ. febrium cap. 6. ut febres pestilentes & ab alijs putridis differant per putredinis excellentiam, per ea quæ dixit glosa ad tex. 29. ad sextum Epidem. Secundo considerabamus frigus illud hyeme male, & cuius occasione corpus minus, quam prius, percutim perspirat. Quod ergo non exinanitur, in tuis cohibitum humorum copiam auget. Quò sit, ut aceruata plenitudo adsit. Tertio considerabamus quod et si multò rarius in hyeme homines ægrotant, quam in alijs annis temporibus, propter naturæ vnitum robur, & humorum à frigore concretionem, atque quietem in vasis. Morborum tamen seminaria eo tempore intus includuntur, suppressa ex vere & autumno caco-chymia, collecta plenitudine & acruata pituita. Videte si potest esse copiosior apparatus; His adde lumborum dolorem & (Optimus situs pro malitiosis morbis, cù ex his facillima translatio ad viscera superiora ficiat, ad intellectum tex. Quibus lumborum iij malè habent) & horror & ille (quia & si non moueretur quasi pungi, aut ossa dolore conquerebatur) motum humorum per sensibilia corpora, indicabat; Vrinarum tenuitas promptum rapitum & materiam ad superiora ad intellectum tex. 42. (Quibus febris vertigines à principio) Tandem concludendo dicimus. In duabus sororibus. In re inquam militari, & medica maximum habere possimus Præventionem, & seu celeritatem, cum in illa plurimum difficultatis tarditas afferre plerunque soleat. Neque dignum prudentis Imperatoris semina & initia bellorum ita in considerate fortunæ arbitrii

trio committere; cum maximi sit pondus ad vniuersum negotium, quam existimationem bellorum initia accipient, ne animi consternentur in ipso vestibulo bellorum. Et tandem, ut parvus ignis & succrescens adhuc facile extinguitur; qui postea latendo ubi vires sumperit proxima quæque deuastar, neq; potest nisi cum summo resistentium periculo retardari; sic bellum initia aliquando supprimere facillimum est, at ubi paulatim sunt aucta; non nisi cum summis populorum periculis opprimuntur. In re medica dicamus. Melius esse præuenire quam præueniri, & sic Galenus primo de differentijs febrium dicit, se in pestilentibus tempestatibus consueisse, si corpora essent excrementis scatentia, ea purgationibus curare, quæ sententia et si ad curationem transferatur à Doctoribus (hæc enim est communis opinio Doctorum) consona veritati, nam vtrum illa dictione (curamus) dictio propria morbo actu existente ab aliquibus tamen ad custodiam seu prævisionem transferatur, sed ut locus clarus Galeni in libro de curandi ratione per venæ sectionem, ubi inquit, quod quæcunq; incipientibus morbis utilia sunt, ea melius est anticipare, ut defendantur ab imminentibus, & futuris. His stantibus veriorem duxiimus sententiam malum graue subesse, & malitiosum valde. Quia ubicumque aut validæ, vel latens obstrutio, & vel humiditas maxima adeat (quæ natura valens & robusta, quandiu potest, sustinet) tandem si tractu temporis putrescens febrem excitet cum supradictis symptomatis, et si febris initio leuis sit sine statis periodis, hac medicos fallit, quia aliquando vel celerius de medio tollitur æger, ut mortem, quam periculum citius apprehendant. Quia vidimus aliquando oborto leui dolore lumborum aut uentris, cù horrore inconstante modò ventrem subito intumuisse, modò nigra vomitione redita, aut per aluum subiisse, & repentina ferè mortæ, ab humore deleterio, & veneno simili generato per corruptionem propriæ substantiæ, aut maligno per adustiæ, cuius excretionem natura non agreditur, donec copia, aut malignitate aucta grauius sauentem huc atque illuc exturbare cogatur, vnde subito mortalia signa eduntur etiam his, qui sani ante putabantur ex glosa diuinus ad historiam phrenitici, & est videnda eadem glosa ad tex. 17. Commentarij 2. Prior. Propheticæ, exemplo sumpto à canis rabidi mortuæ, cuius venenum, ubi diu latuit, repente se profert,

profert, His eueniens, qui antecedēte morbo laborarunt, vel putredine, vel visceris interioris corruptela, vel ingens concipiatur putredo, quæ plures occupans locos, varia, & periculosa inducit symptomata. In isto casu est tex. in punto 51. (Ex lumborum dolore ad cor recursiones febriles cū horrore, aquosa tenuia, & multa reuomētes mente aberrantes, voce priuata nigra vomentes moriuntur.) hucusq; tex. Commentarij 2. Prior. Prorr. Videte Domini mei, incipit affectus leuis, quia sunt recursiones febriles cum horroribus inconstitibus non formata febris. At lumborum dolor adest, ab eisdem tenuiore parte in ventriculū, recurrente, vnde prædicti vétricu li dolor, medicus non intelligit, et si ager multa téuia vomat, i nualectit febris, fitq; malitiosa, quia ad superiora transfertur, quæ & substantia tenuitate, atque calore facile sursum rapitur, & acrimoniam naturam vehementius irritat ad excretionē. vnde grauissimus fit affectus, & cum graui periculo, ex huiusmodi translatione ē lumbis ad prædictas partes nobiles, & naturā inuenta imbecilla, vbi nigra euomerunt moriuntur. In isto casu præ- 18 usio & quantū sit utilis, manib; palpati. Et melius, in quarta parte nostrarum Decisionum, & cum pulcherrimis doctrinis, pro modo sufficiat doctrina Vallesij ad tex. 42 ex quarto de Acutis. versiculo Quapropter (vt hoc obiter dicam) consultum arbitror, &c. sic nobilissimus vir fanitati fuit restitutus.

Domini plus potest virtutis imbecillitas & in patiendo, quam subiecti dispositio in resistendo, ad conclusionē medicina lē. Hac ratione pueri ipsi, licet abundant innato calido, faciliter infrigidos & affectus incedunt propter eandē debilitatē ad intellectū. tex. 25. ex 3. Aphorit. Grādioribus enim pueri naturalis, & vitalis facultatis robore antecellūt, versus animalis, & motrices vi longē sunt inferiores, cōualescētiā, licet calidus, crebrius lēditur à quo uis frigore, quam sanus robustus. Contrā 21 vero naturā robur & nō solū ad actionē, sed etiā ad repugnandum multum potest. Ideo enim fit, vt tēperati nō nisi à valida causa præter naturā afficiantur, quod vires integras habeant. Idē iudiciū de convolutionibus in adultis, & his, qui septimū iam annū excedeūt, in quibus nerui sicciores faciliter resiccāt, quam in pueris: sed propter robur in nervis sita facultatis, & firmā constitutionē neq; facile convolutionē superuenit, neq; discedit. Obidq; & grauissimas vtriusq; convolutionis tū humi-

dæ, tum siccæ causas subesse oportet, & in febribus quādam signa antecedere pessima, ac vehemētissima, qualia quæ per grāues phrenitidas apparent. Vtriusq; enim 22 affectus phrenitidis inquā, & cōvulsōnis in grandioribus per febres potissimū ardentes eadem ferē signa sunt. Quia cum intemperies, vel humor cerebri temperamentū laſerit, actio mētis lēditur, fit quē phrenitis: cum verò partes neruofas phrenitenderit, motus deprauatur, & cōvulsōne sequitur, quæ mortalis & describitur ad tex. vulgatos. vi inquam febris, & per eius incremēta superueniēs, & per pessima comitetur symptomata. Ad tex. Cōvulsiones multis ac pueris magis ab initio cōtingērunt (in statu humido, & frigido) & febrie bāt, atq; in febribus cōvulsiones siebant. Erāt autē hāc, plerisq; horū diuturniora quidē, sed innocua, nisi his, qui ex alijs omnibus perniciōse haberēt. ex 1. Epid. sec. 2. Ex quo intelligitur nē in grādioribus qui 24 dcm convulsionē in febre & mortale esse, sed tum demum, cum vel à nimia neruorum resicatione ortum habet, vel ab humorū in caput translatione cum alijs signis perniciōsis coniuncta, Innoxia si initio accidat, vel imminentē conflictu, per eam enim humores agente natura deorsum excutiuntur, vt in Pythione, cui septima die os distortū est, nō in crescente morbi malitia, sed alio trāseuntibus humoribus, idē si salutaria signa, vel minimē mōralia appareāt: Sed ad nos, Naturā robur & non solū ad actionē, sed etiā ad repugnandū multū potest. Ideo fit, vt in hyeme rarius & grotent homines, etiam à frigida causa, quam in alijs anni tēporibus propter naturā vnitū robur, viresq; integras. 26 Grauissimas ergo causas & subesse oportet, vt prædicto tēpore agrotēt homines, febricitentq; & quādā signa antecedere grauita, qualia, qua per graues febres apparent: vt lumborum dolor, horror inconstans, & vrinæ tenues, quia ab his symptomatis certa instituitur prognosis, & ea periculosa, quia illa ostendunt humorū motum, atque impetū in has, vel illas partes. Quia materia redundans copia in plethora, aut eacochymia difflit, & in multās partes, vel debiles, vel vicinas, vel nobiles quasi erūpt, vbi calore febrili turgēs minus reprimi potest. ad tex. alleg. 51. ex Pro rhet. versic. (Recursione in os ventriculi) In stomachū enim irruens hypothymiam, cardiomon, vertiginē vnebricosā infert periculosisimus autem impetus sursū, & in caput, cuius signa sunt prædictæ vrinæ tenues, ad eundē tex. versic. (Mente aber- T rantes)

rantes) & est vidēda glosa initio Propheticī. Quanta igitur prudentia incedemus, si h̄c praeacentes, prævisione utemur, propt̄ nos felicissime v̄i sumus in huiusmodi casibus.

Nō obstat in contrariū allegata, & pri  
mō nō obstat tex. Scamander in Larisa,  
27 quia valer, vbi nulla vrgentia, nullū peri-  
culū cūdēns internos cūtūr v̄itā, & subita-  
nū. Ad illud quod dicebatur, quod cū es-  
set mitis morbus, nō videbatur habere  
lēcū præsidium generosū, dicimus, quod  
28 illud valet, quoties nec in actu, t̄ nec in  
potentia talis est quod nō est in calo no-  
stro, cū malū ingens in foribus sit. Nec sē-  
per est verū, quod in pleuride cū spato  
29 & sanguinis nō mictatur sāguis, vt in hac  
prima parte diximus, Ad illud quod de  
expurgatione dicebatur, dicimus, quod  
nos sumus in casu acuti morbi in potēcia  
in quo clarissima conjectura, conjecta-  
30 mūp maximā v̄ilitatē t̄ ex alſūpro phar-  
maco, tanto certiuscū nobis natura agri-  
oognita est, & h̄c breuiter de ista Decisi-

### S V M M A R I V M

1. Emmanuel Philibertus summa præstitia.
2. Fortune inconstans sane medica ma-  
ximā apparet, vniq̄ iū, iūnūtūa mūt  
3. Adeger cum gnauissima signo liberatur,  
alius cum salutati moritur.
4. Tertia & astuta. Qd̄ uero sunt tamen ve-  
renda, & nū, 23. b̄d̄. b̄d̄. b̄d̄. b̄d̄. b̄d̄.
5. Signa tria maximi momenti in omnimor-  
bo graui. & nū, 25.
6. Verina bona quid indicet.
7. Somni suaves, et moderati, quid demon-  
strent.
8. Exolutio & mutitas sūt signa decretoria.
9. Textus (qui in febre continua mutiācē  
et clausi oculis) expositio.
10. Tex. 42. (quibus febribus vertiges a  
principio, et capitil pulsus sūt) expositio.
11. Textu (mutitates in febre acuta cū exa-  
luttione non sudant) expositio.
12. Excretio in die septimā, vī plurimū mon-  
hum absoluit, secus si alijs diibus. & per  
consequē, morbo crudo.
13. Franciscus Frachette laudatur, et merita.
14. Exolutio, & mutitas à quibus nulla sequi-  
tur excretio mortalis.
15. Bellū, & lis non debet suscipi, nisi grauiſ  
(sensu causu, & propter quid).
16. Morborum exitus incerti sunt.
17. Acutiorū morborū incertissimi sūt exitus
18. Humor quando irriquitus est suspen-  
denda est predictio, & etendum prouisio-  
nē Proregia. (Non conuenit.)

19. Tertiane intermitentes an carant peria-  
culo.
20. Tertiana intermitentes actiūles, & au-  
sumiles, in acutas aliquando trans-  
unt, & malignas.
21. Terrea & intermitentes dupliciter occi-  
dunt, & in quibus casibus.
22. Astute, & Autumno v̄ires sūt imbecilla.
23. Astrialum, & autumnalium morbo-  
rum exitus sunt incerti.
24. Humor venenosus, quomodo generetur in  
corporibus nostris, vbi examinantur  
cance & evolutionis virium.
25. Signa tria maximi momenti in omnimor-  
bo graui.
26. Signs bona perseverātia sunt meliora, su-  
cū mala fugatio mirus mala.
27. Verina modo bona, & modo mala, quid  
indicit.
28. Verina, & si bona, cateris signis renuenti-  
bus, moritur aget.
29. Coctio non sola sufficit in morbis thora-  
cis, sed exp̄atio requiriunt et nū, 32.
30. Exolutio, & ap̄onia quibus conditioni-  
bus sint decretoria.
31. Exolutio et ap̄onia sūt rara decretoria,
32. Coctio sola non sufficit ad salutem.
33. Exp̄ubetis tunc insurget, cū alteratrix  
deficit.
34. Iudicium periculorum cum evolutione  
victus.

### A R G U M E N T V M

Febres Astutæ, & autumnales, siue conti-  
nuæ siue intermitentes, sunt valida  
periculosa, & quandoq; mortales.

### D E C I S I O L III.

Rudentissimus Emmanuel Philibertus Sabaudiensis Dux, vt Caesar huius nominis Quintus, commoueretur (orabat enim pro Fiderico Saxone) proponēbat  
1. Fortune Regnum inconstiam, bello-  
rumq; incertos euentus, in quibus maxi-  
mē omniū rerū humanarū illudere solita  
est; cū modo aliquis rerū oīum imperio po-  
tiatur, quā quasi impulsu quodam ad vnu-  
ruunt, modo in summa rerū oīum inopia  
& imperio, & amicitijs appareat destitutus. Nā tametsi omnia rectissimo cōsilio,  
summa prudentia diligenti studio, accu-  
ratissima ratione sine ab Imperatoribus  
ad optimum finem constituta; tamen for-  
tuna plerunque videatur his apparati-  
bus dominari, cuius consilij nemo pro-  
fus fit particeps. Fortune inconstan-  
tia, (de fortuna autem semper, vt Cat-  
holici loquuntur, & Christiana fides  
231-

amplectitur, verba facio) † bellorum incerti euentus, in quibus maximè omniū rerum humanarum illudere solita est, in re medica maximè conspicuntur; Quia tametsi omnia rectissimo consilio, summa prudentia, diligentī studio, accuratissima ratione sint à Medicis ad optatum finem constituta; fortuna tamen plerunq; videtur, his apparatus dominari, cuius consilij nemo prorsus fit particeps. Huius veritatis accommodatisimum habemus exemplum apud Hippocratem. Incidit in febrem infelix Parius, incidit in febrem fortunatus Heropythus, & eadem specie febris, quia in utroque febris ardens, eisdē symptomatis, sed grauioribus in Heropytho, quia à vigesima usque ad quadragesimā fuit phrenitis, & inde usque ad sexagesimam, & quod mirum omnia rectissimo consilio, summa prudentia, diligentī studio, accuratissima ratione ab ipso Hippocrate constituta: in utroque; fortuna tamen his apparatus dominas, ecce infotunatus Parius, cum ceteris vigesima die tantum morbum sustinuisse, moritur, Heropythus centesima saluatur. Ambo, velut dux arbores, & adfisia, eadem ventorum vi concusa, vnum corruit, postquam diu sustinuisse vim, atque impetum ventorum, aliud non corruit, & facit tex. (Quibus vero ex prescriptis malis alia quidem accident, alia non, iij quidem intereunt, illi post multum tempus superstites euadunt.) & quotidie obseruamus aliquos agros cum signis pernicioſis † euadere, aliquos cum salutaribus interire ad doctrinam Valleſij ad tex. (Conualusiones autem multis) primo Epid. sect. 2. & prout in hac Decisione.

V.I.D. Don Didacus del Castillo, Iuuenis satis humanus, & bona expectationis, à duobus tertianis † leuibus (at astutis, & terribili ſirio vigente, & corpore cacoehymo, & obſtruſio) videbatur absoluendus, & liberandus. Primo, quia pulsus constabat, & respiratio erat integra, & appetentia inculpata. Hac enim si magnū momentum habeat in omni morbo, quia etiam cum alijs mortalibus signis argrum feruare possunt, per ea quæ dixerunt d. D. ad tex. (Abderis Heropythus) quanto magis in morbo leniori. Secundo, quia vrina substantia, qualitate, & contentis erat laudabilis, quæ partium hepatis, renū, veficæ sanitatem, vasorumque quatuor humores continentium robur, & virtutis eosdem generantis integratatem de monstrat ad tex. ex Prognostico. (Italia vero excreantem) versiculo. (vrinas au-

tem) vbi Doctores. Tertio, quia somni aderant suaves, † & moderati, quiqe laborem non faciebant; iij naturā materię, ac morbo parem esse conuincunt, nec cerebrum vello halitu acri offendit, nec immodica siccitate arefactum esse, aut vehe menter refrigeratum, aut immodico humore imbutum. Ex quo tum phrenitis, & inflammationis interioris: tum comatis, & lethargi suspicio tollitur, ad eundem tex. nuper allegatū ex predicto Prognost. Septima die vires vitales evolutæ visæ sunt videbatur huiusmodi exolutio signū decretorium, † à qua subsequuntur aliqua excretio, & solutio morbi, est textus in punto 25. (Teoclis cognata, quæ superius habitabat) versic. (Septima mane maxilla valde rubra, utra non memini. Vespere febris venit multa, & lipopsychia, & aphonia erat, non multo autem post, sudor. Ex sedatio septima.) Adeo non oportet terri malis in initis iudicationum, facit tex. à me alibi apportatus ad aliud propositū; (Qui in febre continua muti † iacent, clausis oculis subinde connuentibus, siquidem sanguis effluuerit, & vomerint, atque ex eo loquantur, & ad ipsos redeant, feruuntur.) Doctores. Textus iste tanquam exemplum quoddam profertur ab Hippocrate, & in eo admonemur: vt & in predictione temeritatem, & in periculō nimiam timiditatem effugiamus, quorum utrumque summam requirit cautionem. Etenim imminentे iuditio terreri cum grauissima vrgent symptomata, aut muliercularum more obstupescere, turpissimum est, & ignorantia signum certissimum. In his vero (sunt verba Galeni 3. de crisi primo de diebus criticis, & primo ad Glauconem) ne perterreas, etiam si delirare, ac subſilire hominē videoas. Hac enim sunt humorum sursum tendentium signa: potest facere tex. 42. (Quibus febribus vertigines † à principio, & capitis pulsus sunt, & vrina tenuis, his ad iudicationes usque febris accessionem expectare oportet, quod si etiam delirent, nihil mirum) hucusque tex. Casus est in febre, quæ remissa videtur, non dum plane fusa, & putrefacente materia, paulò post tamen, & circa iuditium symptomata exorientur, quæ spiritu huiusmodi generationes turbationem indicant, ob quas, & cum symptomatis tumultuosis iuditia fiunt. Neque vero mirū si & deliria, & vigilie accedant, quia caloris multi symptomata iam apparent, humores in caput inclinant, & flatosus spiritus sursum rapitur. Melius ad tex. (Mutitates in febre acuta cum exolu-

11 tione + non sudant quidem lethales, minus tamen exudantur: sed diurnitatem significat) hucusque tex. Mutitas & exolutio videntur decretoria signa; ratio est conclusio medicinalis. Magnae & vehementes omnes affectiones in summo virium languore, morte finiuntur. Ratio est a minori ad maius. Nam si vel robustissimi in his sape moriuntur: multo magis infirmi & languidi: Ad aliam generalissimam conclusio nem. Virtus, quæ non sufficit ad actum vita, multo minus sufficit extensis iniuriis propulsandis. ergo exolutio & aphonias in febre praedicta mortales essent, & cum sudore, & extra sudorem, & sic praedictus tex. Hippocratis non haberet locum, bene ergo dictum decretoria esse, subsequentे sudore alleutatio sequitur. Sed cur ibi, scilicet in Teoclis cognata solutio morbi. In isto vero agro, alleutatio. Dicatis quia in illa acciderunt illa in septima, decreto-  
ria, + & benigno Regi alsimilata, in agro vero illo extra hanc diem, & per conse-  
quens crudo morbo, in quo ob vehemen-  
tiam ac celeritatem morbi perfectæ co-  
ditionis tempus, vel diem criticum anteuer-  
tit. Et ideo alleutatio sequitur, & non so-  
luto, ad conclusionem medicinalem. Crudo morbo aliquid bene (ta die perfectè) euacuari est in possibile. Sed o fortunæ in-  
constantia, & morborum incerti euentus:  
& si in praedicto Iuene del Castillo. Omnia rectissimo consilio summa prudentia,  
diligenti studio accuratissima ratione sint  
13 acta à Domino Francisco Fiocchetti + Me-  
diorum omnium huiuscem temporis cor-  
ryphæo, Rarissimo inquam Naturæ mira-  
culo. Cui quidem Serenissimus Princeps  
Philibertus, Huius Regni Gubernator Re-  
ctissimus longè magis, quam AEsculapio,  
innumeris, admiransque experimentis  
commotus non temere confidit: cum quo  
erant d. desiderius Marraffa, & Heraclius  
de Salatis, de quibus alibi diximus, nullo  
14 sequuto + iudicio, nec excretione, & in-  
crecente praedicta virtutis vitalis exolu-  
tione, vitam immaturam finiuit, non sine  
aliqua mea mæstitia, nam diligebam pra-  
dictum Iuuenem.

Domini stultissimus & rerum humana-  
rum imperitissimus merito is iudicati de-  
bet, qui nisi grauissimis, maximeque ne-  
cessariis causis compulsus, aut suæ defen-  
sionis gratia bellum vel litem suscepit:  
15 + quia tam incerti sunt exitus bellorum,  
& litium, vt toties de suo imperio vel de  
rebus suis quisque periculum faciat, quo-  
ties exit ad lites, vel ad pugnam; atque cu-  
res vel prosperè vel contra infeliciter ali-

eui succederé experint tanquam rapidis-  
simus fluvius omnia secum trahant, sola-  
que spes est in fortuna volabilitate. ia-  
16 morbis tam incerti sunt + exitus morbo-  
rum, vt toties de sua vita quisque perie-  
lum faciat, quoties agrotat: In hoc habe-  
mus tex. diuinissimum 51. commentarij  
secundi Prior. Propheta. (Ex lumborum  
doloris recursione in os ventriculi febri-  
culosi, inhorrescentes, euomentes tenua,  
aquosa, mente aberrantes muti, vbi nigra  
euomuerint, moriuntur ( hucusque tex.  
Videte quomodo incipit morbus ) sunt se-  
bribulosi, non adhuc digni nomine febris,  
inhorrescent, vomunt cruda & aquosa, vi-  
dete exitum mente exinde aberrare inci-  
piunt, sunt muti, & nigra euomentes, mo-  
17 riuntur. In Achitis incertissimi sunt + exi-  
tus eorum, quia si non leuis apparet, com-  
morans in loco ignobiliter transiens & com-  
migrans ad locum nobiliorem ingraue-  
cens; & quia huiusmodi motus acutis mor-  
bis sunt familiares, in illis certus exitus  
non est, nec proinde praedictio; ad tex. il-  
lum virgatissimum. Acutorum morborū  
non omnino certa sunt praedictiones aut  
salutis, aut mortis. At sunt & aliae causa,  
quæ medici etiam docti ac prudentis pra-  
fagia interturbant, & inconstans faciunt,  
quales sunt, extrema & fortuitæ. Nō enim  
praedictio futurorum diuinatio est, quale  
profitentur vates fatidici, vt alibi dixi-  
mus, sed praesentis constitutionis cogni-  
tio, cuius est etiam in posterum praedicen-  
tis. Quia autem extrinsecus originem  
ducunt, nulli in habent in corpore huius ge-  
nerationis causam, nec igitur praedictionis.  
Præterea vt humor firmus sit, nec ir-  
requietus, exitus non semper praedicendus,  
18 Quia licet modò quiescat, + in posterum  
moueri potest, & aliquando non dum ita  
cum natura confluxit, vt indicia victoria  
medicus explorata habere queat. Quo té-  
pore suspendendum iudicium, & vt Pro-  
reges solent, prouisione illa vtendunt. (Nō  
convenit) Idem dicendum in tertianis in-  
termittentibus, + xliuis & autumnalibus.  
Quia quod omnino careant periculo, id  
quidem perpetuum non est. Duos Fratres  
gemellos vidi. Vterque a statis initio ter-  
tiana correptus, quæ plurimum intermit-  
tebat, sed violentis accessionibus cum pul-  
su admodum inaequali intercedente, defi-  
ciente, viribus paulatim fatigentibus,  
paucis accessionibus extinti sunt. Natus  
vterque 72. Alter iuuenis admodum bila-  
redundans astate ardente tertiana cor-  
reptus, cum longiori inedia vsus accessio-  
ne vehementi correptus esset, dissoluitis vi-  
ribus

ribus obiit. Alios quoque meroe confe-  
ctos, vlos intempestiva venere intertiana  
obiisse constat. Sed est tex. diuinissimus  
centum manibus notandus 81. (Cholerica  
ex carnis esu, & maximè verò porcellorum  
crudiorum, & excicere, & ebrietate vini  
odorati ueteris) 55. (Et febres intermit-  
tententes, & quibus rigores & accedunt. Hæ  
aliquando malignæ sunt, & ad morbos  
acutos perueniunt, sed cauere oportet.  
Maxime autem tales morbos arguit quin-  
ta, septima, aut nona, melius autem usque  
ad quatuordecimam obseruare) huc sive  
Hippocrates Si ergo intermitentes asti-  
uit, & autumnales, quandoque transeunt  
in acutas, & malitiosas quātò magis, duæ,  
vel duplex tertiana, Ex quibus habemus  
quod tertiana astiuæ, & autumnales pos-  
sunt occidere duobus modis & primo per  
se, & præsertim in casibus supra positis,  
quibus adde virium infirmitatem, distilla-  
tionem, syncopem multitudinem & cras-  
situdinem materia repente affluentis, vel aliū  
affectionis, hæc enim in principio & incre-  
mento accessionis hominem de medio  
tollere possunt, ijs frequentissimè accidens  
cui viscus aliquod lasum est. Interdum vi-  
res infirmæ in senibus rigoris motum non  
ferunt, aut concusione. Interdum etiam  
vires sufficere possunt primis tribus tem-  
poribus, in quibus adhuc habitus corpo-  
ris compreslus est, & constrictus. Eo autē  
in declinatione discusso ac dissoluto, cùm  
calor rufus à medio ad extrema moue-  
tur, non nulli repente moriuntur, vt iij qui  
adstant, animo potius deficere, quam mori  
ipsos putent. Quidam verò paulatim in  
pernitosis & fallacibus declinationibus,  
de quibus diximus alibi. Secundo per suc-  
cessionem, metastasi facta in acutas, &  
malitiosas, ijs præsertim accidentes, qui  
morbū aliquem passi sunt, latens aliqua  
adest obstructio, vel putredo, vel viscus  
aliquid interius lasum est: In quo casu cō-  
tingit vt prauus humor & sanguis corri-  
putus in præcordijs aggregetur, quem natu-  
ra valens & robusta, quandiu potest, susci-  
net, aut in pancreas & in mesenterium to-  
tius corporis veluti sentinam deponit: vbi  
tractu temporis putrescens tandem ter-  
tianam intermittentem excitat, qua ex-  
inde in acutam & malignam transit, ad in-  
tellectum tex. 51. 5. allegatū, ex Prorrheto-  
ico, hac frequentissime accidente astiuo  
& autumnali tempore, quibus temporibus  
vires & imbecillæ sunt ad tex. 57. ex quar-  
to de Acutis (Aestino & autumnali tem-  
pore) videte, si iure optimo à nobis dictū,  
morborum, & præsertim astiuallium & au-

23 tumalium, exitus & incertos esse. Interdū  
quoque, (& est doctrina, quam afferunt  
Doctores ab allegatum tex. ex prædicto  
Prorrheto) in febre humor deleterius,  
24 & veneno & similis generatur per corrup-  
tionem propriæ substantiæ, aut malignus  
per adustionem bilis, vel sanguinis, cuius  
excretionem natura non aggreditur, do-  
nec copia, aut malitia aucta grauius sa-  
uientem huc atque illuc exturbare cog-  
atur, vnde subito mortalia signa eduntur  
etiam his, qui sani anteputabantur afferūt  
glosam ad tex. 17. comment; 2. Prior. Prorrheto  
& in historiam phrenitici, tertio  
Epidem. Qua causa puto mortuum prædi-  
ctum Iuuenē del Castillo. Veneno enim  
humore calefacto, & exagitato, dum natu-  
ra, at imbecilla exturbare nitebatur die  
septima ei multum favorabili corde ob-  
cesso, exolutio prædicta superuenit, cui  
ceteræ facultates consentientes, vitam fi-  
niuit vel in graui intemperie visceris vi-  
talis, syncope pœrente, pulsu deficiente,  
præcipitante aut inæqualiter variante,  
paruo, languido, vndoso, formicantæ, ver-  
miculante, obscuro, nullo, vbi mors. licet  
aliquando pestilens halitus inspiratione  
conceptus id inuehat: non nunquam sub-  
latus vapor è gan grana, putri ulcere, &  
vomica interiore. Non nunquam ad eo  
premitur copia tota natura, vt sub pon-  
dere concidat, quæ omnia sunt considera-  
da. Ad allegata, & primo ad primum di-  
cimus, quod verissimum est, quod tria illa  
25 sunt magni & momenti, in omni morbo  
graui perseverantia, tanto fortius in leui  
26 morbo, perseverantia & etiam, cum talia  
debet esse salutaria, secus mortalia, quia  
debent esse fugatia, at in prædicto del Ca-  
stillo virtus in septima exoluta, propter  
supradicta. Ad illud de vrina, dicitur quod  
optimum est, vrinas semper perseverare  
27 bonas. Interruptæ enim & aut naturam  
exolu, caloremque natuum extingui, aut  
materiam contumacem esse & inæqualem  
denunciant, cuius pars quadam coquuntur,  
alia in cocta manet. At vbi coitio adest si-  
28 gnorum & mortalium, hæc satis esse pos-  
sunt, vnde præsagium mortis conficiatur,  
ad intellectum tex. 10. (Qui principio su-  
dant vrinis coctis, deuruntur que, & absq;  
iudicatione refrigerantur) commentarij  
tertij Prior, Prorrheto. Amplius inter-  
dum accedit, vt qua firmo adhuc colore  
29 nativo cocta sunt, animali uit infirma, ex-  
pelli nequeant, vt in pulmonia, pleuride,  
& alijs morbis thoracis, qui prater morbi  
ficiæ materia coctionem in tussiendo &  
expectorando facultatis motricis robur  
& fir-

& firmitatem laterum requirunt ad intellectum text. ( Pleuritides sine diuulsione magis periculosa ijs , quæ etum diuulsione ) quanto magis de vitali facultate dicendum . Idem dicendum de somno . Ad illud quod dicebatur quod exolutio , & aphoniam aliquando sint signa decretoria , concedimus , pollicentes sebris solutionem , sed tunc quando accedit alia notæ iudicationis bona , in quibus est , ut die legitimo cōtingant . Referet etiā ut signa coctionis antecesserint , & indicatio in quaternario antecedente facta sint . Et quod maximi momenti est , ne alia signa mortis at testentur . ad intellect . tex . ( Si febre tenēte ) 2 . Epid . sect . 2 . licet rara sint , & satis pericolosum iudicium , cum fiat cū graui offensione cerebri , ut cum priuatione vocis , motus , & sensus . Quia eas actiones deprauari in perturbatione critica : aut immixtū non est pericolosum , ut subfilire conuulsiō motu , delirare , vigilare , splendorem ob oculos , & tenebricola quædam obuersari , illachrymari inferius labrum motitare , soporari , aurium timnicū offendī , dentibus tridere , & similia . At non loqui , non moueri . natura rōbur requirit ad excretionem . Ut enim natura quadam tenus sufficerit + coctioni in excretionē succumbere , & leui errato potest opprimi . Expultrix enim facultas + tum insurgit , cū alteratrix defit , & fiat etiā cum graui offensione + facultatis vitalis , sed ista non sic fuit in prædicto del Cattillo . quia nulla sequuta excretio . & hæc breuiter de ista Decisione .

## S V M M A R I V M .

- 1 Quæstio sanctissima , propter quid fuit inuenta .
- 2 Quæstio sanctissima quid sit .
- 3 Quæstio sanctissima admissa , rationes .
- 4 Quæstionis Sicilia primus quæstor quis effet .
- 5 Flatus maximas inuebunt iniurias humano corpori .
- 6 Flatus retenti prævi ut signum , & causa , sed contra nu . 10 .
- 7 A flatibus aliquando febris acutissima .
- 8 Munitio vlla est adeo inexpugnabilis , quin aliquando non possit capi .
- 9 Aegeus vllus est adeo fortis , quin non possit a morbo superari , & propter quid .
- 10 A flatibus febris superueniens videtur de bere esse diurna .
- 11 Diurnitatis in morbis causæ .
- 12 Diurna per se morbi longitudinem declarant .

- 13 Acutissimi , & perniciössimi morbi quæ sint .
- 14 Lingua primo exiccatur , exinde aspera fit , deinde nigra , & quomodo .
- 15 Lingua solet exasperari transacto primo quaternario .
- 16 Lingua secca , aspera , & nigra primo quaternario à causa potentissima fit .
- 17 Vrina exquisitè aquosa à qua causa proveniat .
- 18 Vrina exquisitè aquosa in febre acutissima mortalis est .
- 19 Signa critica quando bona .
- 20 Decretoria ne statim appareant .
- 21 Coctionis signa quò celerius apparent , eo morbus tutior , & brevior .
- 22 Vrina exquisitè aquosa in febribus lyphijs , sunt de necessitate mortales .
- 23 Pulsus motio cuius ab alijs omissa , à multis repudiata , ab Hippocrate an omessa ; intermittens in iuuenibus , & media etate valde periculosus , & nu . 30 .
- 24 Principijs expugnatis , & ingravescente morbi malitia , nulla vita spes relinquitur .
- 25 Viva tripli principijs sita .
- 26 Lingua secca , aspera , & nigra oppressio nem vitalis principij denuntiat .
- 27 Vrina exquisitè aquosa expugnationem naturalis principij in hepate , demofrat
- 28 Vitalis principij expugnatio quomodo cognoscatur .
- 29 Implaciditas primo quaternario oppressio nuntiet , cum limitatione .
- 30 Pulsus intermittens in viro consistente , & robusto , est mortalis , cum limitacionibus .
- 31 Vitalis principij expugnatio , quomodo Cognoscatur .
- 32 Naturalis principij expugnatio quomodo cognoscatur , cum ampliationibus , limitatione , & sublimitatione .
- 33 E doloribus fortibus aliquando febris acuta .

## A R G U M E N T V M .

Acutissimæ febres , quibus indicijs reddantur mortales .

## D E C I S I O L I V I I I .

**R** Euerendissimus d. Ferrandus Mattiæsa , in hoc Siciliæ Regno , Sanctissimæ Quæstionis , inuentæ non solum ad refrænandos animos & audaciam & temeritatem sceleratissimorum populorum , sed etiam ad cæteros atrocitate suppliciorū ab impietate deterrendos . Quæ est , ut exigua

mia severitate t' puniant propter impurissima impietatis semina, eos qui hæres eos condemnati fuerint. Admissæ t' multis rationibus. Primum quia si ciuitas foret impuritate hereos contaminata, ita facile possit expurgari ab ea nefaria impietate. Deinde futurum ut viri boni & sapientes in sua probitate confirmentur; cū leges non in viros bonos, sed ad bonorum tutelam & patrocinium ferantur. (Læges enim iolis conseleratis esse timendas, multorumque flagitorum sibi coascijs, & scelerum pœnas; qui non possunt nisi gravitate suppliciorum refrænari;) Primus: Quæsitor, t' Viri certe præclarus ob clementiam. Flatibus cœpit cruciari qui t' quas inuehant humano corpori iniurias dixit Magister: testari possunt qui, colico malo cruciari solent, & ratio confirmat; quia retenti praui, t' ut causa & signum. Causa quidem variorum symptomatum. Nam frustra tentata à superiore parte contractione natura retrocedit & contrario motu ab infernis excrementa, bilem & fatus sursum propellit, vnde cephalalgia, vertigo, & similes affectus sequuntur, t'pe etiam spirandi difficultas ab oppressione diaphragmatis, tū aliorum multorum in ventre, qualia sunt dolor à tensione, & intemperie; tormina ab acri humore cum flatulento spiritu coniuncto & intercluso: dolores circa umbilicum propter anfractus tenuis intestini sensus vegetioris: circa lumbos propter cracum, & colum, & neruacea corpora, qui bus colum & renes inter se renes vero lumbis alligantur. Concavescens etiam materia crecit & quasi fermentatur. Vapor autem exhalas partim sursum recurrit, partim agitatus in se per anfractus intestinorum reciprocatur. Attenuat ergo partes alias item crassiusculas calor, atque ita dilatat & inflat ventrem, dum, ut Hippocrates loquitur, humor spirituatur, & sic supradictas miserias, alias que infortunio homini inuehit. Aqua miseria prædictus dominus Mattiensa a in aliam pessimam incurrit scilicet in febrem acutissimam & pernicioſissimam, à qua intra paucos dies huic mundi fabula cessit. Validus & fortis vir Quia ut in altera forore, scilicet re militari, vlla munitio t' omnino in expugnabilis est; quia ubi circumfistunt hostes, vel vi tormentorum, vel cuniculorum, vel per nocturnas insidias admotis scalis, vel diurnis laboribus defatigatis obfessis, vel proditione, vel ex teris militaribus stratagematibus denique capit. In re medicis illus ager est omnino validus, qd

vbi circunsistit morbus hostis, vel vi tormentorum, talia sunt in febre acuta dolores pertinaces capitis, ex quibus aphonia, & mors, ad tex. (Qui ex dolore muti sunt, agri, moriuntur) vel diurnis laboribus defatigatis ægris, vel per nocturnas insidias ad tex. (Superuenientes rigores, & nocte magis quodammodo exacerbantes cum vigilis & uenarum agitationibus in somnis atque vrinas præter arbitrium excertentes in comatosas aliquando finiuntur convulsiones) ex Prorrheto, vel proditione, ad tex. (Qui in principio leuiter habent cum pulsatione capitis & vrina tenui, ad crism deterius habent, mirum nihil est si & delirium & præterea vigilia euenerit) ex Acutis, vel alijs stratagematibus via-  
catur æger.  
 Domino ergo Mattiensa ex prædictis flatibus, viro Consistenti febris, quo vide-  
batur t' diurna fore, ad tex. in puncto.  
 Ex fortibus doloribus febres diurnæ. Et  
merito. Quia diurnitatis t' in morbis causæ internæ, aliæ externæ. Inter internas locus vbi continetur materia, pars corpo-  
ris affecta, viarum excretionis astrictio,  
natura materia. Externæ, quæ peccantur  
ab ægris, medicis, & ministris, locus, etas,  
regio, aeris constitutio, animi affectus. Ac  
quemadmodum pauca calida & tenuis ma-  
teria brenem morbum facit & ferè iudica-  
tur per excretionem, ita multa crassa fri-  
gida longius morbum trahit, & concoctio-  
ne vel abscessu magis terminatur, & fatus  
à crudis eleuantur, hosuc putuisse rationi  
consonum videtur. Diurna solam t' mor-  
bi longitudinem declarant per se, vt & co-  
flictus imperfecti. At acutissima pariter &  
pernicioſissima fuit vila quia si aquifimi-  
& t' pernicioſissimi sunt morbi, in quibus  
citò apparent quæ superuenientia signa-  
vocantur, & ea sunt mortalia, ad intelle-  
ctum tex. (Cum autem in febris ter-  
ribile aliiquid quinta die fiat) ex quarto  
de Acutis febris ista acutissima & perni-  
cioſissima erat, quia horrenda multa pri-  
mo quaternario visa, ut lingua sicca aspe-  
ra & nigra, vrine exquisitè aquosa, quia in  
contrarium coctioni dispositionem abie-  
runt, & omnem illius actum refugerunt.  
 Pulsus intermittens, & ad manum parum  
ardenter febicitabat cum quadam impla-  
ciditate exactè ergo acutissima, & perni-  
cioſissima erat. Quidam linguam. Primum à  
calore febri, & calida sicca totius corpo-  
ris dispositione t' exauritur humor &  
glandulis affluens, & attenuatus exhalat:  
deinde superficies exasperatur absumpcio  
humido, quo partes continuatae quantur  
aucta

autem immodecum siccitate, quae est caloris  
 ignei effectus. Causa igitur est febris acu-  
 ta, & frequentius inflammatio viscerum  
 nobilium, ut in casu nostro, quia ad manū  
 parū ardenter febricitabat. Ex his tum  
 caloris communicatio, tum fuliginosus  
 halitus per æsophagum ascendens linguā  
 exiccat, exiccatam exasperant primū  
 quidem leuiter, & in superficie tantum,  
 deinde inualescente morbo altius, ut etiā  
 instar pinguis terræ siccata ardoribus,  
 datur in rimas, & quandoque extrema par-  
 te sursum torqueatur ac reuellatur cum  
 tremore quodam, & tandem nigrescit, hac  
 15 ordine suo fieri solent, exasperari & enim  
 solet lingua post primam periodon febre  
 inualescente, ad tex (lingua, quæ in prin-  
 cipio quidem inhorruit) vbi Doctores.  
 Primo ergo quaternario siccæ apparens,  
 exasperata, & nigra pernicioſissima, & po-  
 16 tentissima, & causa iudicatur; calor scili-  
 cet acerrimus breui intervallo id efficiens  
 vehemens, & malitiosus Quo ad vrinam  
 17 exquisitè aquosam, & hac à mortificatio-  
 ne alteratricis & retentricis facultatis,  
 quæ est desperata concotionis sympto-  
 ma, & venosi generis pathos simile exqui-  
 sitæ cruditati & lyenteria in ventriculo.  
 18 Cum ergo celerrimus morbus & predicta  
 febris fuerit conclusa, & quæ breues indu-  
 eias in quartum diem dare solet, propte-  
 rea celeriter elaboranda concoquendiq;  
 materia est. supradicta vrina desperata  
 concoctionis symptoma erat, vnde casum  
 mortalem faciebat. In isto casu est tex. (in  
 anginosis qui non celeriter expuunt co-  
 eta, lethaler habent) in anginosis, (tudic  
 in omnibus acutis,) ut liberetur æger, co-  
 ctionis signa statim apparere oportet; ni-  
 mirum primo die, si celeriter ad statum  
 morbus fertur, & quarto iudicari debet:  
 aut secundo, vel tertio, vel ad summum  
 quarto, si ad septimum progressurus est.  
 19 Ut enim signa & critica in bonis tantum  
 numerantur, cum circa statum, & antegressis  
 coctionis signis superuenienti in malis  
 verò, cum festinant, ac statim apparent, id  
 est, in principio morbi, ad tex. (Decreto-  
 ria & ne statim appareant) vbi doctores:  
 20 sic coctionis signa, quo & celerius conspi-  
 ciuntur eo morbum & tutiorem, & breuio-  
 rem portendunt, ad tex, vulgatum. In angi-  
 na ergo prima speciei nihil excreari pri-  
 modie: tenuemque vrinam esse: secunda ve-  
 rò quedam expui, sed humida & cruda:  
 tum ægrum moriturum præfigere licebit,  
 quia inde clarissimum est morbum adhuc  
 esse in principio, nec ad quartum usq; (qui  
 huius periculosissimæ Angina terminus

est) integrum coctionem perfici posse. At  
 nos sumus in fortiori casu, in febre ex ge-  
 nere lepiriarum & in quibus ob inflam-  
 mationem magnam, quæ obsidet internas  
 partes, parum ardenter febricitant æ gri  
 ad tactum: ijs febres sunt acutissimæ ne-  
 cessariò, quia natura non poterit diu tan-  
 tum malum tolerare, ut ob id tenuissimū  
 victum describit Hippocrates ad tex. 47.  
 ex 4, de Acutis cum ergo breui, & cito al-  
 terutrum ex itum habitura sit talis febris  
 denegata, immo desperata coctio casum  
 21 irremediabilem facit. Pulsus motio & ab  
 alijs omissa, & quibusdam repudiata, à non  
 nullis diligenter obseruata. ab Hippocra-  
 te omessa (Galen scribente) licet inue-  
 nitatur pulsus tardus & languidus 4. Epid.  
 Creberimi ac maximi ad tex, 31. ex eodē  
 4. Epid. & secundo de morbis, indices  
 morborum, Ex Herophylo. At fallacissi-  
 ma ex Celso, & prout infra, intermittens  
 erat, pernicioſum valde signum & maxi-  
 mè in iuuenibus & media ætate ex Gale-  
 no, & prout in casu. Cum ergo signa & illa  
 horrenda in unum conspirarent, nos ca-  
 sum irremediabilem diximus in quarta, in  
 qua fueramus vocati, curabat enim a He-  
 raldo Natali, Herafino de salatis; Hiero-  
 nimo spucces, & Laurentio Natali, & sic  
 in facto successit, quia quinto octobris ho-  
 rá quasi sexta, 1623. fato concessit.  
 24 Domini Expugnatis principijs, & in-  
 grauescente morbi malitia nulla vita spes  
 relinquitur, ad conclusionem medicina-  
 lem, in hac prima parte, à nobis repetitam  
 cuius exemplum particulare diuimus es-  
 se ad tex. (Prædibilitatorum desipientiæ  
 pessimæ velut Thrasynonti) Si ergo in af-  
 fectis principiis naturali & vitali acedat  
 quoque delirium, certissimum iudicium  
 laborantis animati principij, quid (qua-  
 fo) spei reliquum esse potest? Nam cum tri-  
 25 plici principio potestas & vita sit ad  
 glosam ex prognostico, si iam captis & di-  
 solutis uno atque altero, tertium capitur,  
 quid aliud quam desperatio esse potest?  
 Syndrome supradicta duorum principio-  
 rum & oppressionem denuntiat vitalis, &  
 27 naturalis & à febre vrente & valde malitioſa  
 circa præcordia, vnde certissimum  
 mortis præsagium instituitur ad supradic-  
 tam conclusionem, (Expugnatis Princi-  
 pijs) Vitalis autem principij oppressio &  
 28 expugnatio fuit cognita & ex his signis.  
 Primum quia febris continua, celerrima,  
 vehementissima in corde ab humore sub-  
 statia tenui, temperatura calido, & quali-  
 tate acri, quod cognouimus ex lingua pri-  
 mo quaternario siccæ, aspera, & nigra fa-  
 et;

ta ; quia inde febris celeritas, vehementia, & malitia significatur. Sic in Sileno secundo lingua superaruit : & in Philisco, tertio, quorum vterque obiit ( Hippocrate curante.) Secundo ex implacibilitate, qua † primo quaternario, oppres-  
 sione significacionem conficit à visceru-  
 stu, atque incendio interaneo, ab in-  
 flammatione ex leui calore, ad intellec-  
 tum tex. (Quibus febres graues, & impla-  
 cidae sunt) ex quarto de Acutis. Quo lo-  
 co describitur implaciditas ab oppres-  
 sione, & ab initio morbi. Limita tamen  
 nisi huiusmodi implaciditas fiat progres-  
 so iam morbo, natura iam fatiscente fa-  
 cta, & imbecilla, quod cognoscemus,  
 tum ex supradicta conditione, tum etiā,  
 quia paululum implaciuntur sunt, & inquieti  
 agri deficiente robore, cum frigore  
 quoque extimatum partium, ad intellec-  
 tum tex. (Qui leuiter exudant magis è capite in acutis morbis subanasi.)  
 Tertio pulsus erat intermittens † in  
 viro consistente, & satis robusto. Sed  
 quo ad pulsum, ( & deseruit pro prima  
 limitatione ) primum peculiaris natu-  
 ra agri cognoscenda, qua cuique ratio-  
 ne pulset arteria, dum integra valetudo  
 est : deinde morbi tempus & accessio-  
 nes, causaquè pulsus obseruari debet,  
 quia ab arteria à commotione corporis,  
 & animi, à rebus externis immutari po-  
 test. Alijs copia, alijs interceptio, non  
 nullis qualitas, & alteratio modò mani-  
 festa, & elementaris, modò latens, vt  
 in venenis, & pestilenti conditione. Qui-  
 busdam peculiaris natura, & latens vi-  
 tium in causa est. Alijs enim pulsus ob-  
 scurus est, vt via percipias, fallatquè  
 Medicos, vt in D. Bartolomeo Mon-  
 cata viro optimarum partium, è cuius  
 pulsu vites colligens quidam princi-  
 palis Medicus, eiusque obscuritate, ne-  
 que phlebotomiam, neque alia maiora  
 auxilia instituit, alioqui necessaria. Vnde  
 ut per transcendens hoc dicamus ma-  
 gni refert habere amicum, & familia-  
 rem Medicum, at prudentem, qui natu-  
 ram agri percognoscet, & quali pulsu-  
 sit, dum integra valetudine perfruitur.  
 Nouimus quibus sanis, & male valen-  
 tibus pulsus deficit. Nouimus quibus  
 intercidit ; quibuidam initio accessionis  
 pulsus admodum inæqualis, & sape præ-  
 cipitans. In vigore aquabili cursu mo-  
 uetur. Sunt quibus in carpo nullus per-  
 cipiatur pulsus, alijs ytroque : alijs tan-  
 tum altero, & qua parte captari solet,  
 nullus anteriore parte supra pollicem per-

cipitur. Alijs nulla parte carpi, sed inte-  
 riore pollice inter duos articulos. Alijs  
 quoque sic obscurus est, vt ad arterias té-  
 porum, & pedum sit decurendum. Ac se-  
 cta vulnere arteria, qua per brachium  
 decurrit, pulsus in carpo multis aboletur.  
 Alijs interno vitio, inflammatione, ob-  
 structione, oppressione, imbecillitate cor-  
 dis, arteriarum, & vicinarum partium  
 pulsus admodum euariat, parvus, langu-  
 dus, intermittens, inæqualiter pulsans  
 magno periculo. Limita secundo præ-  
 terquam in senibus, quos vidimus, & pa-  
 tres nostri obseruarunt, ab eo pulsu in a-  
 cuta febre conualuisse. Et dum hac scri-  
 beremus vidimas in Fratre Hieronymo  
 de Alaro Minorita, regularis obseruan-  
 tie, Laico, & optimo Laico, atque reli-  
 giosissimo, qui ab huiusmodi pulsu, in con-  
 tinua febre, at nō mortali, cōualuit: Et si-  
 ne morbo, & in morbo multis senibus præ-  
 cipitat, offensat, deficit, vt in senili cor-  
 pore eiusmodi pulsus inter ambigua si-  
 gna numeretur, aliaquè signa necesse sit  
 conspirare, vt prætagium edatur. Limi-  
 ta tertio, sed est de raro contingentibus  
 in aliquibus adolescentibus, aliquot enim  
 vidimus, & Patres nostri obseruarunt, in  
 acutis febribus, & delirio conualuisse, vt  
 Didacum Costa, quem nobis curantibus,  
 Deus sanauit. Neque certè raritas erat,  
 qua me falleret, sed verè intermitteas  
 pulsus. Limita quarto in sanis quibus-  
 dam, quibus sanis id vitium pulsus fami-  
 liare est, quod à nobis in aliquot agris an-  
 notatum minus formidabile fuit. Vidi  
 alijs signis salutaribus decubentem  
 adolescentem, cui pulsus intermitteret.  
 Itaque cum eiusmodi signum suspectum  
 esset, contigi sororis pulsum, qua cum  
 sana aderat, atque idem pulsus invenitus  
 fuit. Et tandem ne à caufa externa, vt  
 animi affectione, alijsquè, qua pulsum  
 immutant, qua si quis diligenter ediscat  
 ex libris Galeni de pulsibus, facile intel-  
 liget, quam temerè dixerit Celsus, Venis  
 fallaciissimæ rei credi. Tu amplia, vel  
 ad spiritus + turbidus (sic Hippocra-  
 te loquente) ad tex. allegatum, (Qui  
 leuiter exudant) versiculo. (Atque in  
 ijs turbidus spiritus,) qui est parvus, &  
 rarus, vt via appareat, frigescente, &  
 ad extinctionem properante eodem vita-  
 li principio, quo tempore frigidus ex-  
 naribus, & ore expiratur, diciturquè  
 ager brevisperus ad text. Pythonis  
 3. Epidem sectione 3. Naturalis principij  
 32 expugnatio † fuit agnita ex supradictis  
 virinis, cuius intercessionē ostendebant,

cum essent exquisitæ aquosa, quæ sunt desperatae coctionis symptomata, ut diximus. Amplia etiam primo si eodem casu aquosa esset, priori similis, quatenus cruda, minus tamen perniciosa, quatenus nullum aliud malum commonstrat præter alteratricis infirmitatem quæ aquosa simpliciter dicitur ab Hippocrate. Cruda enim est, ut dixi sed coqui potest, per participationem solam durationem morbi ostendens, at mortalis est in nostro casu, febris continua, celerrima, & mortuissima, & in hoc valet tex. apportatus de Anginosis, qui non celeriter expuunt cocta. Amplia secundo si etiam esset aquosa huic proxima vini abunde tenuis, & alibi formam referens. Oritur quæ ex prædicta vrina tenui & aquosa, quæ parum villis tenuis suscepit, & principium quoddam coctionis significat, quia inde perspicuum est ægrum interitum, quia moribus adhuc est in principio, nec ad leptum usque, vel nonum, (qui huius periculosisima febris terminus est) integrum coctionem perfici posse, & in hoc valet idem tex. (In Anginosis) limita tamen hanc ampliationem præterquam in initio ri morbo, in quo integra coctio perfici potest ad intellectum eiusdem tex. (in Anginosis) sublimita tamen hanc limitationem nisi prava signa coniungantur, quia moritur ager necessario. Vel vires non valeant. Etenim cruditatis, aut imperfætæ coctionis signa, non simpliciter mortis, aut salutis signa sunt, sed ex acutitate virium robore, aut infirmitate, Ad conclusionem medicinalem. Viribus enim valentibus, morbi diurnitas premonstratur: cum infirmitate, mors in propinquuo, ad alteram conclusionem. Amplia etiam tertio si vrinæ essent nigrae, nam haec etiam internacionem ostendunt naturalis facultatis in hepate, & venoso genere, simulque morbum vehementer calidum & siccum, aut calorem planè extinctum, de qua nos alibi diximus.

Ad allegata in contrarium dicimus, quod à fortibus doloribus, inde febres diurnas non nasci, perpetuum non est. Critonai enim è dolore pollicis pedis vehementi febris acuta quarto die, paulò post expirauit. Et è neruo dolor & inde febris, nisi matutinem occurramus, conuelliit, breui infaniam mouet & interficit, & hac breuiter de ista Decisione.

- S V M M A R I V M.
- 1 Ignorantia & proditio pari passu in militibus incautus.
  - 2 Gubernandi manus solis sapientibus, & præudentibus conuenit.
  - 3 Ignorantia & proditio pari passu incedunt in re medica.
  - 4 Vires tenent primatum in medicina.
  - 5 Viribus dissolutis omne medicis artificium inutilis.
  - 6 Gubernandi manus solis medicis prudentibus conuenit.
  - 7 Timiditas in re militari est maxime reprehēsibilis.
  - 8 Timiditas in re medica est reprehēsibilis.
  - 9 In bellicis rebus, an plura inconvenia proveniant à timiditate, vel temeritate. Quid in re medica.
  - 10 In periculisssimis casibus aliquando ad temeritatem inclinandum.
  - 11 Hippocrates est omni reverentia bonarundus.
  - 12 Inservia medica multes ad interitum concurrit.
  - 13 Tertiaria intermittens aliquando in acutam paribus diebus effagenum, degenerat.
  - 14 Manus ægri aliquando intrimiscit, & quia p.
  - 15 Tertiaria intermittens in acutam degenerans quando videatur sicura.
  - 16 Manus ægri intrimiscans quando videatur minus mala;
  - 17 Manus tremo inter critica signa. et n. 34
  - 18 Manus tremor aliquando peculiaris.
  - 19 Tertiaria intermittens in acutam paribus affl gentem, degenerans, se verenda, & num. 29.
  - 20 Manus tremor morbo iam progrezzo, videtur mortaliss.
  - 21 Rigor vigesima quarta est maxime venerandus.
  - 22 Dierum imparium mutationis ordinis. causa quæ fint.
  - 23 Coma in officiis calidis apparet, perculsum.
  - 24 Manus tremor in agro metum injicit aliquando phrenitidus & convulsionis.
  - 25 Drei vigesima septima maxima vis.
  - 26 Aluifexus aie 27. apparins, quando casum reddat difficilimum.
  - 27 In casibus graibus detectiones discrete ad hoc ut sint salutares, debet frequenter ad multis dies.
  - 28 Ssimillima naturalia sunt, dissimillima horrenda.
  - 29 Partum accessiones verenda.
- 30 Die-

- 30 Dierum parium accessiones quando sint mortales, & quando difficilis iudicij. & num 33.  
 31 Subsitionis manus, quotplex causa, quādo casus mortalis, & quando dubius, cū limitationibus.  
 32 Febris, in qua nulla fit translatio ad viscerā n̄ que aliquid urgens symptomā apparet non est multum verenda.  
 33 Febris paribus afflēns diebus aliquādo mortalis, aliquādo difficilis iudicij.  
 34 Manus tremor inter critica signa, & quae expectantur.  
 35 Historia particularis non facit doctrinā universalem.

## ARGUMENTVM

Febris intermittens in acutam degenerans, paribus afflēntem, cum subsitione manus, quando mortalis, & quando difficilis iudicij.

## DECISIO LV.

**V**BI de summa agitur, de salute populum, de conseruando imperio non satis honesta est inscitia excusatio dicebat Serenissimus Philibertus Dux Sabbadius, & Imperator diuini iudicij quod illa tāque ac proditio multos in petniciē trahat. Ita sit, ut qui bellicis rebus imperitos præficiunt cum suarum rerum detrimento intelligere Gubernandi munus & solis sapientibus & prudentibus conuenire. In altera forore, in re scilicet medica ubi de summa agitur, de salute agrorum, de conseruando & homine non satis honesta est inscitia excusatio: quod illa tāque ac proditio multos in interitum trahat ad intellectum doctrinā Gal. primo de diebus decretorijs cap. 10 uersiculo. (Quādā igitur peccata à medicis his admirandis) & uersiculo. (Reuera medicum.) De summa agitur de salute de conseruatione, ubi de viribus agitur. Nihil enim magis in medicina & considerandum, atque virium robur; siue uictus ratio prescribatur, siue præsagium, siue remedia instituantur. Hoc ex Prognostico apparet, ubi cum dixisset uim omnem prælagij, ex compariatione virium, & morbi repetendam, agmonet in curando de virium robore statuendum prius, quādā quicquam moliamur, quod his dissolutis nullum & generosius remedium tentari debet, non sanguinis missio, non alii purgatio, non uomitus, aut frictio multa, aut uehemens alia corporis cōmotio, ad intellectū tex-

sexti. (Si intercepta alutis parua) ubi glōsa uersiculo. (Bilis uacuationem multam tanquam turbationem uehementem) ex prorrheticō Ita sit ut qui medicis rebus imperitos præficiunt cum suarum rerum detrimēto intelligent gubernandi munus solis medicis & prudentibus conuenire ad intellectum tex. 47. (Neque sane horum ita periros video medicos) ex 2. de acutis, in quo quasi exclamans Hippocrates in medicos inuehitur, qui ignorata causarum distinctione, quā uires infirmas faciunt, & gnos alunt minimē alendos, aut contra, ac planē uel interficiunt, uel graui bus augent symptomatis. In eundem locū glosa, quia affectus aut sunt adhuc, aut facti sunt non spectandum scribit, donec ad extreūm uires peruerenterint, ut id cognoscatur, quod à plerisque medicis fieri solet, quo tempore neque præfigio artificio, neque remedij est locus; sed simul atque deiici caperint, aut saltē in progressu, id præfigere oportere, id est, ante sagire, quādā oblatum sit periculum, ut & prudenter atque opportunē occurratur, & quā futura sunt, præsignificentur. At quē etiam reprehensibilis est in rebus bellicis nimia timiditas, & ut & inscitia rerum militarium, cum illa opportuna tempora prodat rei præclarē gerenda, timidiq; omnia calamitosa, & zrumna & pericula imminēnt. In re medica tāque reprehensibilis est nimia & timiditas; propter illos medicos quibus placet expectari semper ad expurgationes, humorum concoctionem, propter illum benedictum tex. (Concocta medicari) cum ob morbi magnitudinem, & urgentem necessitatem, dari aliquando pharmaca fine illa, ad tex. illum diuinissimum. In Abderis Perielem. 3. Epidem. sect. 3. ubi Valles uersiculo. (Fuit in hoc morbo aliud notatu dignissimum) At qui in rebus bellicis & non facile dixerim, plura ne incommoda è timiditate an è temeritate proueniant, cum altera opportuna tempora prodat rei præclarē gerenda, altera neque matura quidem expeccet. Idem in re medica; At quia timidis omnia calamitosa, & zrumna & pericula imminent, fortitudo non solum abertat, sed etiam conuertat in hostem. In arduissimis, & periculosisimis casibus, in hanc inclinandū, aliquando ad tex. 41. (Mulier quā sana erat, & crassa, & catapotio concipiendi gratia accepto) uersiculo. (Superfūte autem illi super corpus sunt aquæ frigidae amphoras circiter triginta)

Valles. (Res mirabilis, & quæ, nisi à generosissimo medico, tentata nunquam fuisset) & versiculo (vixit) Idem Valles. (Quā periculosa fuerit expurgatio h̄c, satis indicat, dicens (vixit) (Dicit enim velut in speratum quiddam) melius ad tex. 77. (Pullo qui in Syro phreniticus) 7. Epidem. Valles Rarissimum exemplum est hoc rei præter naturam, ut ego opinor, bene gesta. Non mihi persuadeo phrenitico, & cum visione tremulo, hoc est deliranti, cum vehementi febre, & quadam tremore, Hippocratem propinasse tapsum, sed alium quempiam medicum: ipsum vero miratum rei euentum, in commentaria contulisse, obseruate quæso tanti viri modestiam, ne Hippocrati & contradiceret, contra vulgares, & imprudentes medicos, qui au dent.) Et aliquibus interiectis lineis. (Mitor magnopere, hunc vnu tapsum non esse coniectum in furorem, & convulsionem.) At profecto illa audacia nunquam laudabilis ducta, quæ sic à prudentia seinxerat; cum omnis laus à prudentia procedat, In scitia ergo, & timiditas & multos ad interitum trahunt, prout tractus fuerat V. I. D. Balthassar Maccagnone Regius Consiliarius meritissimus, quia timorosus fuerat medicus, in extrahendo sanguine. casu expertente ut extraheretur: Cum diuinum in morbis considerandum ex Prognostico, inuitaret etiam, de quo in hac Decisione.

Balthassarem Maccagnone biliosum, & in primo senio constitutum ex laboribus, & porationibus, & exercitationibus intempestiis, febris tertiana intermitens, & astiis ardoribus, corripuit, quarin continuam, at non acutam, sed paribus diebus afflentem, degenerauit cum vrinis crassioribus, cuius manum spestantes in decima quarta, in qua vocati fueramus manifeste videbamus quæ in tremiscentem & reuelli. (At qui hic motus resultans ex tremore, & convulsione mixtus est) Similis motus in piscibus videtur, aut moribundis, aut vibratione resilitioneu molientibus euasionē, cum partes neruosa auferre se à suo cōtrario mortente, aut opprimente, quod intus est, totas non possunt. Subsaltant ergo, & subsiliunt, haud secus, ac si iacentis corpus pugnatur, quia totus illico exurgere non potest. Sic palpitant in arido pisces, qui tota mole vnicō tractu se se non valent extare. in isto casu duo puncti veniebant distincti, primus, quid sentiendum esset de illa febre continua, Alter, quid de illo tremore, seu subsultatione. Quò ad pri-

mum, febris illa non videbatur tanti nō 15 gotij, & Quid nulla symptomatum vehe mentia aderat, neque enim materia præcipuum aliquod membrum petebat, putat caput, vel cor, aut pulmonem, vel dolor quispiam intensissimus ventriculum, caput, vel intestina, sive thoracem infestabat. Nulla discoverta morbi malitia, quæ ex polteis apparentibus signis salutis, aut mortis, cruditatis, aut coctionis noscitur. 16 Quo ad tremulum illam manuum & revulsionem videbatur dicendū; quod eramus in homine in primo senio constituto, & se nibus tremores facile, qui & virtute animali, & nervis infirmioribus prædicti sunt. 17 Secundo, quod tremor inter critica & signa consummatum, sic Pythioni frequens tremor, abscessus in sede, qui suppurravit, & stranguria vesicam exercevit, & liberatus. Multieri, quæ in lictore habitabat, (Ambos curante Hippocrate) tremor 7. decima quarta sine abscessu, & stranguria, quod vrina stillicidium appellamus, vomitione tamen, & sudore liberata est. Et prædicto de Maccagnone abscessus in tibia, & aliis fluxus in vigesima septima, sine morborum acutorum. Et nostrum tremorem in agris sape vidimus neutro horum non abscessu, non vrina stillicidio consequente, & revaluisse. E multis phreniticū vidi, & alium, qui acuta febre, & delirio laborabat, inde convalescebat. Vidi qui apoplectico modo capti effusa in nervos materia priore malo liberati, & febre, & eo symptomate convalescerunt. Nouis quibus 18 id etiam & sanis peculiare est. At interim us considerato negotio, in consultacione posito cum Francisco Guerriero, Stephano manno, Erasmo de Salatis, & Laurentio Natali, dicebam ego, casum esse valde verendum, difficultimè indicij propter duo, primum, propter febrem biliosam quæ in accessiones paribus & diebus degenerauerat. Cum enim imparibus mouere soleat, ad conclusionem vulgarā. Cuius conclusionis demonstrationem habemus ab experientia, diligentī medicorum obseruatione, & communi omnium Doctorum consensu. Si ad pares recidat exacerbatio, præcipitantis iam, & debilitatē natura argumentum est. Cuius ordinem perturbat morbus copia, vel praua qualitate, vt diuina illa uis, quæ ordine omnia facit, anticipare cogatur, nec amplius eodem temporis tractu eodemque circuitu excrementa aggre di & expellere possit. Intempestiu ergo sunt parium dierum motus; quod vero in tempestiu est præter naturam est, & prauum;

pranum; ad conclusionem illam phisicam. Ob idque Hippocrates mortales esse scribat febres acutas, quæ diebus paribus exacerbationes habent, quod natura nec tempore nec loco moueat, sed irritata ordinem perturbet. Alterum, propter illam tremulam motionem, quæ videbatur superueniente morbo iam progresso, quia in decimaquarta, quæ mortem denuntiat; quia incendio febrili, resiccatis nervis, infirma potestate, quæ mouet, superuenire videtur. Hec sunt, quæ tunc ego dixi, multa ab illis doctissimis viris tunc fuerunt dicta, quæ ego nunc silentio inuoluo. Euentus demonstrauit veram fuisse nostram præsagitionem, ex infra dicendis.

21 Quia vigesimaquarta riguit. & quod difficile reputatur. Si quis enim rigeat, & tu amplia ad omnes exacerbationes & omnem criticam motionem præter naturam dierum criticorum & imparium, & viribus iam affectis, pessimum reputatur. Quæ cunque enim non sunt in diebus iudicatorijs (a quibus vigesimus quartus eximitur) laborem significant, & morbi longitudinem & reciduam ad conclusionem medicam ab Hippocrate multis locis posuitam. Et licet is dies interdum criticus annotetur in Epidem. ut in Nicodemo, qui 24. iudicatus est: & in Adolescente, qui inde periret. Verumtamen in illo & ordo parium & antecedentium concursus critism confirmarunt. Quia quantum ad genitum iudicationis in bonis nunquam is dies numeratur. Ratio est: Cùm mutatur natura ordo, status, & motus ab imparibus & ad pares in acutis, ita ut exacerbationes, quæ imparibus fieri debuerunt, iam paribus moueantur, dupliciter id accedit, aut ratione caloris nativi & naturæ pugnam repetentis, & coctionem aggredientis (sicuti dicimus cum pus conficitur, dolores & febres sunt) aut ratione putredinis nihil amplius agente calore, ut in Gangrena, cùm victo & extincto calore nativo pars corruptitur. Primum folet accidere, quando vel aliquo alio die antefatali, vel fatali quis riguit, & 24. iterum riget, & tunc periculosa morborum complicatio arguitur, aut naturæ oppressio, vel irritatio, quæ cogitur anticipare diebus paribus, quod grauissimum reputatur, & prout melius infra dicemus. Si posteriore modo id fiat, non quia natura agiter matrem, sed quia putredo antè evapora in reliquijs humorum iterum ferueat sine ordine dierum fatalium, quam natura recte constituta in suo motu feruat perpetuum: eiusdem naturæ victæ & caloris pati-

ui extinti significatio fit; ad doctrinam Glosa in historia Hermocratis. Quia cùm decimo septimo reuersus esset morbus, vigesimo sine febre visus est absque conflictu: quia natura omnino prostrata nihil amplius agebat, unde febris remitti visa est eo die, quo debuit exacerbari. Circa vigesimum & quartum diem incaluit non ex conflictu naturæ & morbi, sed redeunte humorum reliquorum feroce & putredine, cuius calor exhalaverat. Et tandem 23 Coma aderat quod in affectibus calidis, & in ipsis apparet, periculum adaugeret, & difficultatem, quia minus periclitatur, quorum natura conuenit morbus. Vnde quibus non conuenit hi in maiore sunt periculo. Bilioſi igitur affectus & bilioſa excrementa cum bilioſo homine, & bilioſo morbo familiaritatem habebat, & cognitionem. Non bilioſa & frigida ei præter naturam, atque ob id prava censentur. In casu nostro, quia manus ægræ ad manū medici subſultabat ab acrimonia fuliginis & febrilis, metus aderat phrenitidis & convolutionis, ut infra dicemus. Videte si iustificatione, difficillimum morbum, iudicauimus & periculosissimum. At bona ægræ fortuna alius fluere incipit die 27. Cui inest summa vis. Cum enim in diebus fatalibus summa uis insit septenarijs & quartanarijs, perit tamen uis quartaniorum post vigesimum, & tunc lepteniorum virtus incipit languescere. Itaque vigesimoquarto minima vis in est: maior vigesimo septimo, trigesimoquarto atque quadragesimo, quæ deiectiones perseuerabant mediocres, sed vix erant bona & febris non remittebat, licet nec agebatur; His in consultatione positis, dicebam ego adhuc casum pati maximas difficultates, & sub iudice litem esse. Allegabam tex. in puncto diuinissimum, (Quæ vero ex inferna alio soluuntur, per vrinæ & sudores, si sponte delabuntur mediocriter, quæ parua sunt, soluuntur, vehementia vero prauum. Tales enim vel intereunt, vel sine alijs malis sanis non sunt.) Cùm ergo malum vehemens fuerit conclusum, & euacuationes mediocres, sent prauum signum erat. Quia sunt decretria non iudicantia. Talia vero, aut significant mortem, aut difficile iudicium ad tex. ex 2. Epidem. difficile autem iudicium est, prorogori malum, aut habere multas permutations. Igitur noster æger cui scilicet per morbum vehementem euacuationes tantum siebant mediocres, vel interibit, vel sine alijs malis sanis non fiet, quod non dubitandum esset de morte, dicam.

dicam infra, remanebat alterum membrum  
 sine alijs malis, non fieri sanum. Prædictis  
 euacuationibus perseverantibus (& quod  
 mirum, tantum erat sollicita natura de sa-  
 lute agri, vt & per abscessum ad supradic-  
 tam tibiam per erysipela, quod ad mul-  
 tos dies perduravit, quia habebat intus  
 germen, se exoneraret) fuit dubitatum à  
 dominis meis Collegis, de vita ægroti, me-  
 tanum existente in contrario voto, qui  
 semper de mane, & de sero, de prædictis  
 delectionibus petiebam, quibus visis, dice-  
 bam, Facitici vn ponti d'oro Et positus in  
 consultatione, cum Erasmo de Salatis, &  
 Laurentio Natali, dixi per hæc verba, Do-  
 mini iam vidistis miserias in quibus era-  
 mus, in febre biliosa à natura sua degene-  
 rante, quæ ad pares reciderat, cui ad ma-  
 num resiliunt; Coma, & rigor extra fata-  
 les dies, excitatus, vnde non mediocre ma-  
 lum, & per consequens, non sufficiens me-  
 diocris excretio, quod esset decretorum  
 non decernens patebat, ad supradictum  
 tex. quia febris aderat, hoc non poterat  
 esse mortale, quia, et si febris adesset, in  
 dies remittebat cum supradictis symptomis,  
 & vrinis bonis vnde spem totam  
 27 habendum in prædictis delectionibus.  
 Ita in facto succedit, quia illis perseuer-  
 rantibus, vix per multos labores, & per-  
 mutationes, certissimo vigesimo liberatus  
 28 tandem. Domini quæ simillima sunt natu-  
 ralia sunt, quæ dissimillima horrenda, ad  
 conclusionem medicinalem, Accessiones  
 29 ergo & parum, verendæ esse solent in præ-  
 dictis febribus, & prædictis hominibus.  
 Hæ squidem tertianæ naturam referre de-  
 bent, & imparibus moueri humore, qui fe-  
 brem committit, in naturam bilis tran-  
 seuant; Ad intellectum tex. (Quibus vna  
 cum ardente febre tumores soporosi tor-  
 pidæ) & vel mortales sunt, aut difficultis iu-  
 dicii, per ea quæ dixit galenus 3. de diebus  
 decretoriis cap. 8. vericulo. (Quidam mor-  
 30 bi) Distinctio autem longitudinis & ante-  
 mortis cum ea alijs signis, tum hoc ma-  
 xime intelligetur. Nam si vehemens mo-  
 tus febris fuerit, vt in acutis febribus, per-  
 niciose fieri solet, & dies quartus pra-  
 uam accessionem attulerit, mors expe-  
 statur, & illa celerrima, dixit Hippocrates  
 ad tex. (in febribus ardentibus) ex pri-  
 mo Epidem. & ad intellectum tex. (Philis-  
 cus) in mitior febris urget, prout in casu  
 nostro, diuturnitas laboriosa & periculo-  
 sa expectanda est, nos alibi diximus, & est  
 pura veritas, longa experientia confir-  
 mata. Quo ad prædictam subsultationem,  
 31 & agri manus subsultationem & sciatis im-

becillitatem subesse facultatis, & partes  
 neruolas affici necesse esse vel per sym-  
 pathiam cerebri, vel primigenio affectu.  
 Hæns causa triplex statuitur à Doctori-  
 bus. Prima ab oppressione à copia & ma-  
 litia materiæ, sub qua unico tractu sese co-  
 nantur excitare, nec possunt: qui motus  
 propriæ tremor est, sive potissimum in  
 principio morbi. Altera vellicatio incen-  
 dii febrilis acrimonia. Tertia, resiccatio  
 vehemens neruorum virtute exoluta tam  
 vigilijs, tam varijs agitationibus, vt in ma-  
 gna phrenitide. Tremor ab oppressione,  
 prout in casu nostro, ab euentu coniecta-  
 ui, ob productionem prædictæ febris, mi-  
 nus periculosus est. Ab exoluta virtute,  
 casus omnino est irremediabilis, vt & con-  
 uulsio, Medio modo se habet subsultatio  
 ab acrimonia fuliginis febrilis, vt in no-  
 stro etiam casu. In quo si per alia sym-  
 ptomata caput affici appareat, vt si dolor  
 ingens capitum adsit, vel cervicis, vel sur-  
 ditas, vigilæ & turbulentæ, & coma, ut in ca-  
 su nostro, inquitur metus futuræ phreni-  
 tidis & convulsionis. Hoc ergo symptoma  
 in acuta febre malitiosa & acri, siccatis  
 neruis & infirma motrice facultate valde  
 periculosum est, & sapientius mortale: in mi-  
 tiore morbo & initio ab oppressione, aut  
 solo uapore acri, prout in casu, non ita  
 formidandum, vel ut alibi, casus dubius  
 est, limita tamen nisi tremor prædictus ab  
 affectu aliquo animi procedat, limita se-  
 cundo nisi præcedente immoderata eu-  
 acuationis & infirmitatis ualida aliqua  
 causa, eveniat, ut fame, Venere lassitudi-  
 ne vigilijs, limita tertio nisi sit de affectio-  
 ne aliqua, quæ tremorem adfert, ita ut sit  
 gemina in ægro affectio, una febrilis ex hu-  
 moribus inueniens: altera extra uenas in  
 partibus neruolis, ut si in radicibus ner-  
 uorum ad manus pertinentium continetur  
 copia materia alicuius, quæ ab initio  
 morbi tremulas manus efficerit. Quo ad  
 ea quæ dicebantur, quod febris non uide-  
 32 batur tanti momenti, & quia neque trans-  
 latio ad membra principalia siebat, neq;  
 symptoma aliquod urgebat, concedimus,  
 hæc facesse negotium; at non propter  
 hoc excluditur, quin morbus ex alijs capi-  
 tibus non possit esse periculosus, ut puta,  
 33 si paribus affligat diebus & quæ afflictio  
 in acutis, mortem, in mitioribus, longitu-  
 dinem, prænuntiat. Quo ad manus re-  
 uulsionem, concedimus tenibus facilem es-  
 se, sed non erat hæc causa in nostro ægro;  
 Ad illud quod dicebatur, quod inter criti-  
 34 ea signa connumeratur tremor, & cum na-  
 turæ & uenis & arterijs materiam exclu-  
 dit

dit per partes sensiles & neruosas, quae usi oppresse tremunt, & quodam modo subsiliunt, vel acrimonia vel ligata riget. A quo aliquando abscessus expectatur, & stranguria in morbo ut plurimum salutari in quo definit sine naturae beneficio, id est excretione, vel coctione, estq; iudicatorium non iudicans unde metuitur pericula materiae translatio, à venis ad nervos, & ab his ad cerebrum; illa expectantur aliquando, materiam enim intus relinqui suspicio est, cuius portio, quæ exerceri non potuit, ad articulos cōuersatā quam ad partes imbecilliores abscessum cum suppuratione factura sit: altera vero venis cohibita, & per urinas exclusa stranguriam in vesica. Etenim sāpe docet in Epidem. Hippocrates, prauos humores, qui in venis continentur, per aluū, & vesicam expurgari criticè in his, in quibus per sudores, aut hæmorrhagiam excludi non potuerunt, ut in senibus, aut hyeme. Quia autem acres sunt, & biliosi, in vesica quidem stranguriā, in aluo dysenteriam sāpe faciunt, idquæ abscessum dicit per emissionem, ut in secundo statu primi Epidemion, vnum autem ex signis (ait) quæ fuerunt, tum utile, tum maximum, tum quod à maximis vindicavit periculis his fuit, quibus ad stranguriosum facta est conuersio, atque in id abscessus fieret. Doctrina ista est desumpta ex Pythionis historia, cui ab initio febris acuta facta est à putredine humorum in venis, cum tremore manuum ad octavum usque diē perseverante ob virtutis, quæ est in musculis, infirmitatem, & oppressionem nervorum, qui ex spinali medulla in cervice manui inseruetur. In eo enim tremor cū quietisset, quadragesimo die geminus abscessus factus est, unus per suppurationem, alter per stranguriam. Ad illud quod dicebatur, visum esse vnum, aut alterum, exinde conualuisse. Dicendum quod me 35 ritò Galenus + negat ex particulati hi- storia agrorum vniuersale recte confici posse. Nouimus etiam agrum, qui cum tanus videretur ex acuta febre, & delirio, recidiva facta trigesimo obiisse. Et hac breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M .

- 1 Inducia sunt insidiosa & simulata.
- 2 Inducere propter quid fieri solent.
- 3 Lysandri facinus, eiusque responsum.
- 4 Inducia in re medica sunt simulata, & infida.
- 5 Inducia in re medica propter quid siant.

- 6 Inducia in febre continua, ac miti fieri solent, primo quaternario, & quæ sint.
- 7 Signa pessimo unico maior ius ad predicendam, quam plurimis optimis, & numero 29.
- 8 Signorum omnium debiles sunt significations in primis aggressionebus.
- 9 Signorum consensus magnificandus, & numero 15.
- 10 Tex. (Convulsiones autem multis, magis autem pueris) expositio.
- 11 Pulsus bis deficiens in sene decrepito mortaliter & propter quid.
- 12 Inducia fieri solent in omni morbo malitiosissimo & gravissimo.
- 13 Inducia simulata aliquando vix cognoscuntur.
- 14 Inducia simulata quando mortales, vel periculosisimæ.
- 15 Signorum consensus magnificandus.
- 16 Tex. (Signis letalibus tam editis tremores parui & vomitus aruginosus.) expositio.
- 17 Malignum in quibus dicatur.
- 18 Signorum pessimorum persistantia, & exacerbatio quid inducat.
- 19 Imperfusibiles qui discantur.
- 20 Pulsus bis deficiens, alijs signis renuentibus, non est mortaliter, & n. 26.
- 21 Signum unicum bonum quando multis prauis preferatur, & ibi limita.
- 22 Ligna optima quæ sint.
- 23 Indolentia primum locum sibi vendicat.
- 24 Signa optima quæ sint.
- 25 Signa pessima quæ sint.
- 26 Signo uno pessimo positio alijs renuentibus, casus quando non sit mortaliter & ibi limita.
- 27 Senes in easibus difficilimis debent ab erratis valde cauere.
- 28 Inducia quando sunt simulatae.
- 29 Signum pessimum & quippollet multis bonis, & quando.

## A R G U M E N T U M

Pulsus bis deficiens in febre continua, ac saltari, cæteris signis renuentibus non est mortaliter.

## D E C I S I O . L VI .

- 1 Inducias insidiosas esse, simulatas, + & ad fraudem fieri solere, dicebat Maximus & fortissimus Imperator Emmanuel Philibertus Dux Sabaudius: Fieri vel ad prodiciones commodius + instruendas, vel ad expectandas copias, resumenda que vires, ut fortiores possint insurgere, vel ad com-

componendas fraudes. Quare non ini-  
liter illud memorie proditum est ab anti-  
quis, Lysandri Facinus, & qui cum pactus  
esset inducias cum hostibus in 30. dies, no-  
natur castra hostium inuasit; atque repre-  
hensus quod præter induciarum leges, ac  
iustiurandum hostem inuasisset, respondit  
se dierum, at non etiam noctium indu-  
cias pactum fuisse. In re medica inducias  
insidiosas esse, simulatas, & infidas pa-  
tet ad intellectum tex. 17. Pernicosa sine  
signis leuantia mortem indicant) com-  
ment. 2. Prior Prorrh. & ad intellectum  
tex. (Summa corporis partes si celeriter  
intranque conditionem permutentur,  
ex eodem Prorrheto. & ad intellectum  
tex. 78. (Dolores absque iudicatione so-  
luti, inutiles) Commentarij 3. Prior Pror-  
rheto. Fieri, vel ad proditiones + com-  
modius instruendas dixit glosa ad prædi-  
ctum tex. 17. ex prædicto Prorrheto.  
Adolescens enim in febre laboriosa, & mi-  
ti, ut videbatur, quarto die vrinas tenues  
& nigras reddidit, eodemque simulata  
inducis factis à morbo malitioso. Qui se-  
ptimo rediens, contabefactum ægrum  
interfecit. Cuidam etiam hepatico in fe-  
bre exigua die tertio inducia prædictæ fa-  
ctæ. Cui septimo rediit morbus. Hermo-  
crati 3. Epidem in febre ardente, & hepa-  
tis inflammatione, morbo mortali, unde  
vigesimo septimo robustus iuuenis mor-  
tuus est. Undecimo prædictæ simulata in-  
ducia. paulò post rediit. Decimaquarta  
iterum factæ prædictæ inducia. Decimo  
septimo reuersus morbus. Rursus vigesi-  
mo inducia factæ. Vigesimoquarto rediit,  
& vigesimo septimo interemit ægrum.  
Aliquando fieri prædictas inducias, vt for-  
tiores possent insurgere morbi, dixit Val-  
les. ad tex. (In Thaso decumbentem) 6. (Se-  
regefima tuffes quidem sine signo defece-  
runt) versiculo (Quia quod repente qua-  
nescit) 3. Epidem, & ad tex. 61. (Si autem  
in febre hyberna) ex 4. de Acutis. versicu-  
lo. (Solent enim hæc quæ præter rationē  
subleuata sunt) vel ad componendas fra-  
des, & prout in hæc Decisione.

Fratri Hieronymo d'Asaro Laico mi-  
norite Regularis Observantie, optimo  
religioso, extreamam vitæ fabulam agen-  
ti, at satis robusto, in febre continua, at  
miti, & non suapte natura mortali, pri-  
mo quaternario inducia factæ + sunt sa-  
nitati planè restituto, ac sine febre appa-  
renti, sed pulsus bis deficiebat. videban-  
tur huiusmodi inducia simulata, & ad co-  
ponendas fraudes factæ à morbo, quia etsi  
vrinæ nō essent mala, vultus à sano nō val-

de diuersus, color optimus, mens sana, ha-  
bens se optimè ad oblatæ, & prout in sa-  
nitate, respiratio non eset difficilis, pul-  
sus tamen bis deficiebat, quæ pulsus Ga-  
lenus tantum periculi indicare dicit, ut  
nullum viderit liberatum. facit tex. alle-  
gatus 61. in quo homo habens febrem hy-  
bernam per quam lingua arescit, cum de-  
liquijs animi, repente sine iusta causa, me-  
lius videtur habere, præter causam id sit,  
quia in lingua aspera, nihilquæ fidendum  
inducijs prædictis. Quicunque enim talia  
habent signa in mortis periculi sunt. Se-  
cundo videbatur prædictæ inducia simula-  
ta, quia plerunque plus valet ad prædi-  
cendum signum + pessimum, vel unicum,  
quam optima, etsi plura sint, ad intelle-  
ctum tex. (Moriuntur vero ex tali mor-  
bo iuniores homines septimo die, aut ci-  
tius) versiculo. (pes est) ubi Valles At ex  
aduerso considerabamus signum illud pra-  
uum primis aggressionibus comparuisse,  
& scimus debiles esse + significationes tue  
omnium signorum, per ea quæ dicit Val-  
les. ad tex. 30. & 31. (Significant vero) ex  
1. Prognost. fol. mihi 229. versiculo (Nam  
debiles sunt.) Secundò dicebamus quod  
multitudine, & consensus signorum + certam  
& scientificam facit prædictionem mor-  
bis, ad tex. (Qui leuiter exudant magis  
è capite in acutis morbis subanxijs, malu-  
tum alijs, tum si vrinæ nigrae sint. Atque  
in ijs turbidus spiritus malus) Commen-  
tarij 2. prior. Prorrheto. Exudatio si-  
gnum oppressionis facultatis animalis.  
Anxietas, & spiritus turbidus signum op-  
pressionis, vel fatigantis vitalis faculta-  
tis. Vrinæ nigrae internacionem faculta-  
tis naturalis, merito ergo moriuntur. Ter-  
tio, & fortius considerabamus tex. illum  
diuinissimū. (Conuulsiones + autem mul-  
tis, magis autem pueris, & à principio fe-  
bricitabant, & in febribus siebant conual-  
siones. Diurna autem plurimis horum,  
innoxia autem, nisi ijs, qui ex alijs omni-  
bus perniciose habebat) ex Epidem Pro-  
pter quæ votauit casum in se non morta-  
lem, quia etsi pulsus deficiat, alia tamen  
signa non annuntiantur, sed renunt. Attamen  
quia valde horrendum est prædictum si-  
gnum, etsi ex alijs videatur æger salubri-  
ter esse affectus, magnum malum timeri  
debet (non enim sine causa factum) quod  
in conualitu quid aliud sit, quam mor-  
bi diuturnitas, & difficultas iudicatio. Un-  
de non mortalem, sed diuturnum, & dif-  
ficilis iudicationis futurum. propter quas  
miserias in prædictis senibus mortalis est  
† & prout in prædicto Fratre in prædicta  
estate,

etate & iam decrepito. Euentus confirmat nostram sententiam, quia & si salutatus relapsus tamen est iterum, aquo, & si salutatus tertio relapsus tandem vita hanc miseram finivit, spatio quatuor mensium. Domini duo puncti sunt discutiendi, primus est, quod omnes morbi grauiissimi, & malitiosissimi solent huiusmodi inducias simulatas, facere exemplum est tex. allegatus (*Si autem in febre hyberna*) & tex. (*In larissa Hippo-sthenes*) quinto epidem. vbi Valles. Versiculo. (*Sepe enim vidimus apoplecticos*) Immo aliquando vix cognoscuntur, & non nisi a medico prudenti, quia sunt in die aliquo fatali ac cum euacuatione, ad tex. (*Homo quidam calescens canauit*) hic cum a septima die post sudorem videretur euasisse fine febre, undecima mortuus est. Narrantur etiam in Epidem. quoniam plurimi, qui integrum quaternarium inducias praeditas habuerunt, deinde malitia morbi periclitati sunt. Erunt autem mortales, vel periculosis, & prout cum hoc, vel illo signo fieri, nam si perniciosem, pro maiore aut minore malitia, quam praemonstrat, vel interficiet, vel non sine periculo, & insigni excretione absolvet agrum, si vero prauum tantum non interficiet. ad doctrinam singularem glosa ad allegatum tex. 17. ex Prorrheto. & nos diximus de ista materia alibi sub verbo remissionis fallo credit. secundus punctus est, quid sentiendum de puluis deficiente in febre, eateris omnibus signis renuentibus: iam diximus supra quod signorum multitudine & conspicuus scientifica faciunt præfigitionem ad intellectum allegati tex. 4. ex Prorrheto. & eti tex. (*Si signis lethalis iudicatis, & tremores parui, & vomitus aruginosus*) si igitur a signis mortalibus prodant se & alta signa mortalia omnino desperandum. Quod non plura & grauiora signa mortalia coeunt, eo certius mortis præfigium esse par est. Causa est in phrenitide insanabili, quam insanabile facit concursio quod syndromen dicunt, vomitus aruginosus, & tremoris. Perspectiva, aruginosa excretione aliquando non est explorata, quantum intus manet, & an sine principiū partiu virtio exercatur, an potius ob inflammationē & erysipelas vice-ris alicuius perenem habeat generationē, id ex concusione aliorum symptomatum consiceret dū docet in tex. allegato Hippocrates, ut & ad tex. 9. & 10. (*Qui in capitib. doloribus aruginosos vomitus habent, vigilantque cum iudicitate, citò hi themeter insaniunt.*) com. m. primi Prior. Prorrheth. Vbi vigilia, capitis dolor, & surditas morbi in capite esse indicaunt: aruginosus autem vomitus morbi vehementia & specie redundantis humoris. Cum tremoribus autem par-

uis vomitus aruginosus cerebri inflammationē, bilis feruorē, & intemperie calidissimā ac siccissimā denuntiat, quae sunt vehementissimae phrenitidis causae. Nam tremores parui sunt cum ob facultatis animalis infirmitatē, cum ob nervosarum partiū vehementē resuscitationē. Facultas autem resolutur non solum à phreniticis causis, sed etiā à vigilijs & varijs corporis motionibus. Vomitus autem ille præsertim frequens & paucus ea affectionē sequitur per consensum cerebri, excitato ad vomendū ventriculi ore, & bile flava, quae cerebrum diluit perustionē in arram bilē transiente, unde agri cum ferocitate primū insaniunt, deinde silente & melancholica phrenitide penitus absoluta & inhaescente cum paruis tremoribus ac convulsionibus moriuntur ad tex. 9. & 14. (*Phrenitica veh. a ēter, tren. ēteria finiuntur;*) & nō ē ob melancholiā ab errantibus tremores superuenientes maligni) comm. primi Prior. Prorrheth. Vbi glosa docet scribendum, mortales. Si quidē lignū in his tantū dicitur, & quae periculū minantur, spē rāmen salutis nō admunt. Hac autem placet perniciose sunt & insanabilia. Quorū persecutio & exacerbatio ostendunt, ad intellectū tex. Mulieris in Cyzico, quae erat tacita, levero vultu, & impersuabilis. Tales sunt, & quae exiguo vntur potu (& nos plures vidimus) & a cibo, ita abhorrent, ut ne mentionē quidē horū fieri sufficiat, labra mordent poculorum, & coelestia, si quis cibū immittere voluerit. (quod Aurelianus in perniciose ponit) unde confirmatur mortis præfigium. Cū ergo consensio requiratur, cum in casu nostro, omnia signa renuant illo perniciose & attestante, a mortis periculo vindicantur, ad allegatum tex. (*Convulsiones*) & ad tex. (*Si igitur in principio morbi*) Versiculo. (*Et alia signa considerate, quae in tota sunt facie, & quae in corpore, & quae in oculis*) tri amplia ad vrinas, pulsū, & si quae sunt alia: Doctores ad eundē tex. Tanto fortius quia eramus in morbo miti, quo casu unicus cū signū bonum & anteponit multis prauis per ea quae dixerunt Doctores ad tex. id (Bonum autem atq; salutare, tum his, tum alijs omnibus) ex Prognostico. Unde limitata præterquam in magno morbo, & in apta natura mortali in quo unicus ex signis prauis multis bonis anteponitur, per ea quae dixerunt idem Doctores ad allegatum tex. ex predicto Prognostico, & præsertim Santius. *Axit* Valles. ad tex. allegatum ex Prognostico. (*Si igitur in principio morbi facies talis sit*) versiculo. (Ac præstatre non nunquam unum pluribus.) Sunt autem optima, maximè salutaria

quæque notat Hippocrates ad allegatum, tex. ( Bonum autem atque salutare) ex supradicto prognostico, quibus opponit pes sima & perniciosa, ex quibus nos media colligimus. In primis morbi toleratia, quæ firmitatem, & robur virium ostendit tam in toto, tum in parte affecta nec à morbo naturam superari: nec malitiosam esse materia, cù inquietatione nullam moveat. secundo, doloris allevatio, quæ deuicit morbificā causam restatur, maximè cù signis coctionis & aliquo salutari consiliu, vel justo abscessu. Hoc etiam maximum, & maxime commune, morbis præcipue acutis symptomā est, ut nō immerito, quasi præcipuum indicium sit agrotanti; dictum sit ad tex. (vbi dolor, ibi morbus) si. n. omnis morbus est vices, cù viceri sienti sit tā familiaris dolor, certe morbo omni ex interie sit familiaris dolor, & maximum sanitas tatis indicium sit indolentia, & quā in primo loco ponit Hippocrates ad tex. illū diuinissimum 57. (cognito principio ex quo & quādo) ex quarto de Acutis. Tertio facilis expectoratio, quæ facultatis animalis integritatē muscularū intercostalū robursum moris benignitatē, & bronchiorū liberos ductus arguit. Quartò bona spiratio, quæ in omnibus morbis acutis maximā vim habet ad salutē, specificè in ijs, qui pulmone ac thorace occuparunt. Quinto sitis abstentia, quæ neq; biliosum esse humorem, neq; calidū, qui redundat, ostendit, neq; humidū putrescere in ventre, aut pulmone denunciat; neq; pituitā falsam destillare ē cerebro, quæ in thoracē irruens pulmone eredit. Sexto, corpus æq; calidū, quod benigni morbi inditū, cui nec inflammatio interior, nec tiriū oppressio, aut extincio, nec aliquis alius vehemens cordis affectus coniungitur. Septimo eiusdem corporis æqua molles, quæ vtramq; duritiae causam, vehementē, refrigerationē ab extinctione calorū, & partiu solidarū extremā siccitate aō incendio febrili abesse declarat, nec ullam febrile accessionē vrgere, in qua dures moderatior esse solet. Octavo somni suaves & moderati, de quibus nos retro diximus. Nono, Vrinx probè facta de quibus etiā nos retro diximus. Decimo, laudabilia alui excremēta, quæ in partibus vētris & facultatibus, quæ cibos coquunt, discerunt, ac distribuunt, declarant integritatē q; consideranda dixit ēt Hippocrates ad tex. illū præclarū 57. 6. (Nosse etiā deiectionē) ex 4. de Acutis. Quid plura. Optima signa sunt, & ex quibus colligitur, tria vitæ principia, quibus regitur corpus habere salubriter, talia sunt supradicta. Facillitas. n. ferendi morbum seu quies vitale principium non esse oppressum ab astu atq; in-

cendio, aut inflammatione, nec esse intus, dum nunciat. Facilis expectoratio principi animans robur declarat. idem & somni suaves laborem non facientes, quia cerebrū villo halitu acri offendit, nec immode ter refrigeratū esse, aut vehementer refrigeratū esse, aut immode humore imbutu. Ex quo tollitur suspicio phrenitidis, comatis lethargi. Vrinx bona, principi naturalis & venosi generis. Pesimam signa sunt, & ex quibus colligitur prædicta vita principia habere infalubriter. Inquitatio ergo facultatē vitalē oppressam esse declarat præsertim morbo ineunte a uscere sum estu atq; incēdio, præsertim circa vētriculi affectū ac cū frigore, aut leui calore extremarū partiū coniuncta: & eiusdem facultatis fatiscentis atque imbecillæ progressiā morbo, ad intellectū tex. 4. comm. 2. Prior. Prorrh. Denegata seu difficultis expectoratio vtriusq; facultatis infalubritate denūciat, tū animalis, quæ nullo aut imbecilli motu thoracem concutit, ad tuissim & expectorationē, tū naturalis, q; imbecilla fibras nō intēdit nec magno siuū materia morbifica nova & acrimoniā propulsare nītitur. Vrinx pessima nigra sunt, quæ naturalis facultatis & internectionē ostēdūt. Vos poteritis colligere alia contraria, quæ ex contrarijs causis intelliguntur, quia nō sunt prætentis speculationis. Vno ergo pessimo signo polito in morbo miti & reliquis alijs omnibus non assentiētibus, nō tractatur de morte, et si magnum malū timeri debeamus, quod est diurnitas, & morbi difficultas, quia non sine causa factū est arbitrandū. In hac diurnitate mille latent pericula, mille eriores, mille miseriae vnde casus efficiatur mortalis, id in duplii casu, primo si medicus sit imprudens, qui nesciat vti prætentibus tēporū opportunitatibus, cū plus opis momentum tēporis aliquando afferat vti scientibus, quā vlla mortalū inductria. Neq; vllus sit tam fidus, tamq; diligens medici socius, quā ipsum tēpus si recte eius imperio & consilio parere sciatur celerrime q; conficiatur quod illud monuerit. Secundo si ager sit valde senex, quia cū casus sit difficultissimus obnoxius multis relapsibus, has miseras nescio quomodo sustinebunt miseri senes, qui fessi iam viuendo fessi iam a prædictis laboribus facile peribunt. Deum testor & sanctos eius (absit iactantia) nisi 27 noster senex & errasset in uictu grauter, tertio forsan non esset relapsus, in quo vita fabulum conclusit. Ad allegata primo loco dicimus verissimum esse inducias factas à morbo cū aliquid signo prauo, & vel pernicioso, esse simulatas. Ad illud qđ allegabatur plus valere aliquā do si-

do signum pessimum ad prædicendum, quam optima, & si plura sint, dicimus verissimum esse, & præsertim in morbis gravibus, & suapte natura mortalibus, & hæc breuiter de ista Decisione.

## S V M M A R I V M:

- 1 Tarditas omnis est acerrimum Venientia rei bellicæ.
- 2 Imperatoris prudentia in quo magis consistat.
- 3 Ignis paruus & succrescens facile extinguitur.
- 4 Belli initia facillime supprimuntur.
- 5 Medici prudentia in quibus magis consistat. & nu. 17.
- 6 Febris hodie cum frigore incipiens potest postridie exacerbari, & quam febrem videatur sapere sed contra nu. 34.
- 7 Febricitans secundo deterius habens, difficilissima morbe laborat, & propter quid.
- 8 Febres quibus exacerbantur ipsis iudicari solent.
- 9 Morbus tertia die potest cohiberi, quarta vero exacerbari.
- 10 Febris byberna est valde malitiosa.
- 11 Parium motus aut mortales sunt, aut difficilis iudicij.
- 12 Dies quartus index est septimi, & quid demonstrat.
- 13 Diei quarta exacerbatio cum coibitione tertia diei, in acutis mortalis, & propter quid sed vide nu. 28.
- 14 Symptomatum varia commutatio quid indicet.
- 15 Causa potentissima quando sit.
- 16 Symptomatum varia commutatio in quibus morbis sint.
- 17 Medici prudentia in quo consistat.
- 18 Metamorphosis signum certissimum turgentium humorum. & quid faciendum.
- 19 Aluis in sexta cur erumpat aliquando.
- 20 Alui fluxus bona agrifortuna aliquando superuenit in sexta.
- 21 Alui fluxus in sexta cumulatus, quibus notis iudicat.
- 22 Alui fluxus d'scretus in sexta & eumulatus in septima & alijs fatalibus, agru liberat & nu. 32.
- 23 Aegri hodie accessione capti, postridie grauus affecti, quo modis accidat.
- 24 Febres acuta, & si unam habeant accessionem imparsibus tamen crescunt.
- 25 Aegri f're correspiti, secundo deterius habentes, id sit dupliciter.
- 26 Semiteriana est continua, & acuta, &

- malitiosa, suapte natura, & accessione grauium symptomatum.
- 27 Febris die secunda exacerbata vel mortem, vel difficile iudicium portenit.
- 28 Febris die quarta exacerbata difficilima est, & cur.
- 29 Febris tertia die cohrita, & quarto exacerbata, periculosissima est, & in phrenitidem precipitat egrum, & ibi limita.
- 30 Natura primo impetu aliquando succumbit, sed reiterato conflictu, vincit.
- 31 Infortunati non debent terreri ex iacturis, & cur.
- 32 Excretiones possunt incipere ab intempestiis & definiere in tempestiis.
- 33 Excretio potest incipere a die illandabili & cumulari, in die optima.
- 34 Febris tertia cohrita, & quarto exacerbata difficilissima est, & ibi limita.
- 35 Rigor non est solum in intermittentibus, sed continuis. potest ad esse, & ob quae causas.

## A R G U M E N T U M

Febris tertia die cohrita, & quarta exacerbata, difficilissima, & periculosissima est, & quando casus de necessitate mortalis.

## D E C I S I O . L V I I .

**T**arditatem omnem & moram & comprehendinationem acerrimum esse veniam omnis rei bellicæ, dicebat Serenissimus Philibertus Sabbadius Dux, verè Regulus Stella Regia, quia omnium Imperatorum, qui suo tempore floruerunt, fuit Princeps. vt illa inter stellas & planetas prima. Vnde nō in colligēdis magnis exercitibus solum, aut comparandis, classibus, aut castris in tuto, munitoque loco legendis, & muniendis consistit Imperatoris prudentia; sed multo magis in arripiendis opportunitatibus, t' quæ se se offerunt rei præclarè gerenda; cum plus utilitatis vel situs, vel temporis momentum repente afferre possit, quam vniuersa comparandi, & instruendi exercitus industria. Nam vt paruus ignis & succrescens facile extinguitur; qui postea latendo ubi vires sumperit proxima quæque deuastat, neque potest nisi cum summo resistentiū periculo retardari; sic bellâ initia aliquando supprimere & facillimū est

at ubi paulatim accedētibus auxiliis sunt aucta; non nisi cum summis populorum periculis opprimuntur. Non in colligenda multis remedijs solum cōsilit medici prudenter; ad intellectum textum 19 (Familia Orientem) quanto Epidem. ubi Valles, in primis verbis vel ponendis agris in tuto, & securō loco, ad tex. 47 (Quibusunque autem febres anxiae sunt) s. (Decumbere verò in domo obscura & in iratis, quam mollissimis) sed multo magis in arridentis opportunitatibus, quæ se se offerunt rei præclara gerenda; cum plus utilitatis temporis momentum repente afferre possit, q. iām vniuersa comparandi, & intruendi remedia industria, prout melius in ista Decisione.

Admodum Reuerendus Pater Fr. Io. Maria de Ienua, calidum, & siccum corpus Minister Provincialis Minor. Observatīx Vailis Mazzaria, hyeme declinante leui frigore correptus hora quasi vna noctis, postridie & detreius habebat, exacerbata febre; casus non videbatur verendus, leue enim illud frigus febrem intermittentem indicabat. (Proprium enim continuarum est non horrere neque rigere) exacerbatio verò illa, alteram intermittentē, prime iunctam, & duarum tertianarum spatiem denuntians, indicare poterat. Hoc tamen non obstante difficultissimus casus fuit à nobis iudicatus, febre correptum, secundo deterius habuisse, quia vel mortem, & vel morbi longitudinem portet idit. Quia si continua est à pituita, quæ singulis diebus mouetur, aut melancholi o humor longa futura est; & per consequens pericolosum, cum in altera forore. Nullū tam munitum sit oppidum, quod obsidione, & assiduis certaminibus, quamvis minitissimum sit, vinci denique non possit. Omnia enim vel inexpugnabilia tempus, & virtus obdidentium denique superat. In re medica omne malum cunctando fiat deterius. Si verò concinua, & acuta (& magis ad casum nostrum ratione temperamenti prædicti) à calido humore, & biliose, ordo naturæ, & motus interturbatur. Nam eadem ratio, & motus humorum in intermissionibus, & continuis, quod ad dies pares, aut impares pertinet. Hac itaque exacerbatio in acuta febre, quæ fit paribus diebus, ad malum confiditum procedit, quia quibus diebus exacerbantur febres, & iisdem iudicari solent. Idem dicit Aristoteles Hippocratem sequutus s. de phisico auditu. Scribit enim, ut in alijs morbis violentum quiddam est, ita & in alteratione, quæ fit in morbis, violentum

esse, & prater naturam moueri diebus nō criticis, quales sunt dies pares: naturale verò criticis, (hac mecum ipse consultas dicebam) propter quæ ordinari, ut vocarentur medici, sicut subito huius vocatus Dominus Laurentius Natalis, & venit He-  
8 rasmus de Salatis. Tertia diem itius habuit, Quarto verò deterius, unde eadem die hora vigesima tercia in consultatione positus cum predictis Dominiis Collegis. Dicebam ego primus Casum verendum esse propter tria, primum quia morbus non congruebat, & temponi, quia continua febris vigente frigore, & quæ diffissimilla sunt horrea sunt, ad conclusionem medicinalem; Alterum quia paribus exacer-  
9 batur; Et tunc pariu & motus, aut mor-  
tales sunt, aut difficilis indicij. (Ad do-  
ctrinam ex Epist. iem.) Addicbam & fortius,  
10 Quidam quartus index est septimi, in  
quo quæ apparent, & certissima sunt, & ta-  
lem conflictum denunciant, qualia sunt,  
prauam, si praua; bonum, si bona. Hæc  
11 autem dici quarti exacerbatio & cum re-  
missione predicti tertiae diei in acutis mor-  
talibus est. Cum enim dies tertius ē criticis  
primus sit, in quo natura solet aggredi  
præparationem vel exclusionem materiae  
morbificæ, qua aggressione mouetur ex-  
acerbatio; cum eum diem in quiete tradu-  
xisset ager, nihil aliud suspicari licet,  
quam pigrum natura motum, quæ morbo  
inferior quietebat quem excipit motus  
materiae morbificæ perinde ac si ad pugnā  
naturam inuitantraheret. Eam itaque  
sesto, vel planè expugnabit, vel ita pro-  
sternet, ut via deinceps emergere queat.  
Tertium erat commutatio symptomatum  
12 & varia, quia modò delirabat, mox ad se  
redibat, paulò post latrones capi iubebat,  
nunc membra cōtrahebat, paulò post ex-  
porrigebat, nunc ridebat, & vetulam ma-  
gni nasi, & deformem videre, & tandem  
quædam effutiebat vana, & ridicula; & hoc  
erat valde verendum, quia periculum erat  
ne morbus in parte nobili firmaretur, &  
ex non phrenitico fieret phreniticus. Hoc  
exemplio suo docere Galenum, dicebam,  
lib. 4 cap. 1. qui cum in febre ardente iam  
floccos cuelleret, & festucas colligeret,  
statim intellectile se id fecisse non dum pla-  
nè offensa ratione. Itaque cum idoneis ri-  
gationibus caput amici fouissent tota die,  
sequentique nocte granibus insomnijs tur-  
batum esse, ut in erim clamare, & exili-  
re videretur. Verum posteriore die miti-  
gata esse omnia. Propter quæ tria dicebā  
14 causam esse potentissimam, & malitio-  
sissimam. In hoc adducebā glos. ad tex. 34.  
ex 2.

Ex 2. Aphorisi. vbi dicebat duarum febriū magnitudine & qualium illā esse longē maiorem, quā sit hyeme, quoniam igni similiis est, qui in aqua accenditur. Alibi apportauimus Aristotelem in problem. & est communis opinio omnium Arabum, non fieri in hyeme, nisi ob magnam violentiā. Quo ad parvum exacerbationem, cū præcipitantis iam, & debilitatē naturae argumentū sit perturbat naturae ordinem materia morbi copia, vel prava qualitate, vt diuina illa uis, quā ordine omnia facit, anticipare cogatur, nec amplius eodem tempore tractu, eodemque circuitu extremēta aggredi, & expellere possit. Quo ad tertium, huiusmodi cōmutationes in his morbis fiant, qui oriuntur ex copia, vel qualitate malitiosorum humorum, in aliam aliā partem, interdum quidem in Principem, interdum verò in non Principem transmigrantia. ad intellectum tex. 12. ex Prorrheto. Quæ enim in principes partes transfluxiones sunt, morbi clemētiam corrumpunt: vt si in cerebrum impetum fecerit, deliriū excitat: mox aliò refluens, delirium sedat. Multiplici siquidem lapsu vagans forensquè per corpus, pro motus illius, & partium quas afficit, varietate, varia edit symptomata, affectis quidem partibus nobilibus grauiora, relictis verò mitiora. Quæ tunc proposui, pro saluando ægro; non intrant hic; vnum obiter dicam, dixisse Medici prudentiam, 16. & in arripiendis opportunitatibus magis consistere, vt parvus ignis, & sacreſcens facile extingueretur, ne scilicet fieret phreniticus, quia si vires sumptuſſet morbus, non posset retardari, factus talis. Tāto fortius, quod huiusmodi paroxysmi phrenitici sunt, ad tex. infra allegandum. Et primo proposui expurgans pharmacū. Metastasis enim supradicta certissimum 17 signum erat turgentium & humorum, nec ahue in aliqua parte obſirmatorum glosa, inquit ad tex. commentarij 1. Prior Prorrheto. (Quo maxime tempore inuitant Medicum ad euacuationem.) Significaturq; naturam dominari humoribus non posse, & vires à morbo superari. Hæ sunt illa, quæ tunc ego dixi. Quæ dixit dominus de Salatis erant ad ostendendum morbi magnitudinem, idem confirmando Dominus de Natali. Sexta cap̄it alius erumpere, & 18 deiectione erat biliolorum, ob acrius & irritamentum, & magnitudinem morbi antam, non expectans diem fideliter iudicantem, ad cuius motus celeritatem, vri- ne erant bona, & pulsus fortis. Bona ægi- 19 fortuna superuenit talis alii & exturba-

tio; quia in tanta copia succubuisset natūra, & æger mortuus, & modus mortis phreniticus, ad tex. allegandum, vel convulsus; erras enim humor in cerebri mansionibus, ab eisdem in neruofas partes primas, ac proximas traiſcit, & convolutionem facit, ad tex. 17. (Frequentes in phreniticis permutationes convolutionem indicant) comment. 1. Prior Prorrheto. At 20 quia in tali die iudicatur absque & fide, imperfetè, obscurè, sine notis, & ad malum, ad doctrinam Gal. 1. de diebus decretarijs cap. 2. post principia si cumulabitur in p̄dicto die, recidiua expectabam, ad doctrinam Galeni in libro de p̄notione, vbi iudicatus est Sextus Sexto: cui decimaquarta recidiua nullo p̄cedente erato: 17. perfectus conflictus bona tamen 21 ipsius fortuna, septima & cumulata est alioq; fatali die, & saluatus, cū omniū Patrū & Fratrū ingentissimo gaudio, quia bonus. Domini qui hodie accessione capti, 22 postridie grauius & afficiuntur, aut per nouam accessionem, vt in intermittentibus. Etsi enim acutæ & febres, & continuæ vnam accessionem habent ad conflitum, usque, imparibus tamen crescunt cum siti, capitis dolore, inquietudine, & calore vehementiore: absque horrore tamen, aut refrigeratione, aut sudore periodico, quia bilis in uenis continetur cum sanguine. Vnde non expurgatur per singulas accessiones, neque impetu mouetur, aut dispergitur per vniuerſum corpus, vt in intermittentibus, à quibus non differunt humoris natura, sed putredinis foco. Qui ergo febre corripiuntur, secundo verò dete- 24 rius & habent, aut id euenit per nouam accessionem cum frigore, horrore, aut rigore, aut per exacerbationem, prout in casu nostro. In omni membro casus verendus est. quo ad primū membrū, intermit- 25 tens cōtinuæ iuncta, & semitertianæ spe- cies, denuociatur, qua cōtinua, & acuta, & malitiosa est, tū spcie, ac propria natura, tū grauiū symptomatū accessione. Cōtinua quidē, quia ex bilis, & pituitæ vicissim facta putredine cōstant, ac dum prior febris remittitur, posterior recrudescit, vt natura nihil quietis relinquatur. Nam flava bilis febrem celerius accedit, quia celerius putreficit, & mouetur. Vbi autem quiescere cōperit, crudus humor, ac fri- gidor, tum corruptitur, tum putreficit, vnde recrudescit febris ex facta veluti re- quies & imminutione. Deterior verò prio- re talis efficitur accessio, quod vires iam priore fatigatas offendat. Acuta verò ob- bilem calidiorē: malitiosā denique, quod parū.

parum remitti, & ex leui remissione cele-  
riter vehementius exacerbari malitiosi  
morbi est inditium, per ea quæ dixit glosa  
ad primum Epidem. Grauia symptomata  
sunt vel capitum dolor & exudatio, cerebro  
oppresso, vel facultate animali infirma,  
vel utroque. Neque enim capitum dolor  
cum exudatione salutaris, & criticus esse  
potest, neque illa exudatio periodica est.  
Mulier, quæ decumbebat in foro menda-  
ciorum Tertio Epidem. cum bis in unde-  
cimo riguisse, & semel in decimotertio,  
die sequenti obiit. Virgo Larissa perpe-  
tuò horrida fuisse scribitur, quæ tamen  
sexta liberata est. Quod tanquam nouum  
& valde rarum annotant Hippocrates &  
Galenus, & causam referunt in muliebrem  
purgationem, & quod nulla esset Phlegmo  
ne partis, neque malitiosa materia copia.  
Quo etiam factum est, ut præter rationem  
dierum fatalium sexta liberata sit. Gra-  
uia etiam symptomata sunt, si ventriculi  
affectus, lethargus, vigilia, rigores sympto-  
matici, quorum irrito motu in nobiles  
partes materia transfertur, concusione  
corpus fit infirmum, frigore calor nativus  
extinguitur. Ad tex. (Erigore cum capi-  
tis dolore exultationes lethales.) aut pro-  
hibita distillatione nerui replentur ac con-  
uelluntur, ad tex. Rigor convolutionem in  
posteriora inferens, interficit, de quibus  
febris, nos in secunda parte diximus.  
Quo ad alterum membrum per exacerba-  
tionem scilicet. Ista vel morte, & vel mor-  
bi longitudinem portendit. Quia, cum sic  
continua & acuta à calido humore & bi-  
lioso, ordo naturæ & motus interturbatus  
ostenditur, ex morbi insidijs. De qui-  
bus diuinissimè Galenus 3 de diebus de-  
cretorijs cap. 8, verificulo. (Quidam mor-  
bi inuadunt secundum diem primo graui-  
rem habentes, quartum tertio, vniuersas  
que accessiones diebus paribus, qui qui-  
dem morborum longorum naturam sa-  
piunt. Sed tamen instar acutorum præver-  
tunt iudicari, hi & secundo quidem die  
interimunt & quarto. Sed sexto quam plu-  
rimos. Nam secundo die valida aliquo ad-  
huc modo natura est, in quarto valida qui-  
dē adhuc, & in hoc magis quā in sexto, sed  
nō dum in arenā audet descendere. At in  
sexta accessionis vehementia frequenter  
eam ad luctam certamenque prouocat,  
quo in certamine alterum ē duobus con-  
tingit. Vel enim natura succubuit ipsi ve-  
hementia accessionis, & concidit, extin-  
staque prius fuit, & suffocata quam quæ  
molesta essent, exacerberet: vel eorum qui-  
dem magnam partem excrevit, reliquum

verò excernere potis adhuc non fuit: sed  
præ imbecillitate & laſſitudine tandem  
cadit, & victa iacet. Deinde, siquidem poſt  
aliquod interea tempus aliquo paſto re-  
creari ac refici potuerit, paulatim morbi  
concoquit. Si verò morbi reliquiæ maio-  
res fuerint robore naturæ, tandem æger fu-  
peruiuet, quandiu adhuc natura ſuticere  
potis est: tandem poſtea morietur.) huic  
usque Galenus. Ex quibus habemus pariū  
acceſſiones aut mortales, aut difficultis iu-  
dicij. Diftinctio aut longitudinis aut mor-  
bis iā alibi à nobis dicta cū signis vtriusq;  
casus: Pro caſu noſtro dicamus Difficile  
37 morbum & futurum eſſe ſi vehemens mo-  
tus febris fuerit, prauamque acceſſionem  
dies quartus attulerit; inicio Prorrh. da-  
nauit ſtillas ſanguinis ē naribus tum alias  
tum maximè, ſi quarta die extulauerit. Sic  
enim natura eſt acutarum febrium, ut fe-  
rè tertio die & imparibus magis ingra-  
ueſcant, paribus remittant. Quod ſi pari-  
bus diebus inualeſcant, acceſſiones, om-  
nino morbus malitiosus eſt. Sic Hippocra-  
tes ad illum diuinissimum & aureum tex.  
in ordine 57. (Cognito principio ex quo  
& quando.) 9. (Si etiam quarta dies) mo-  
nere videtur diligenter consideranda, quæ  
die quarta eueniant. Eſt enim index eorū,  
quæ leptimo die accidunt. Itaque ſi tum  
quidem ſalutaria ligna apparent, in septi-  
mum diem bonum iudicium eſpectatur.  
Cetera ſi mortalia, duplex malum eſt, quia  
quo die quies aliqua iperabatur agro, la-  
bor nouus & noua iniuria incidit, indiciū  
inualeſcentis morbi & naturæ conciden-  
tis. Deinde denunciatio futuri grauiſ ſep-  
timi, qui alioqui in fatalibus quali Rex op-  
timus & clementissimus cenetur. Huc  
tendit alter tex. fatis pulcher in ordine  
66. ex eodem quarto de Acutis. (Cum fe-  
bricitanti lingua quarto die conturbatè  
loquitur, & alius liquida, quia ligna deli-  
rii annotantur, nam ut appareant quidem  
alijs diebus grauiora tamen, quia in qua-  
rum incident Magna ergo domini mei vis  
exacerbationum quæ in quartum diem in-  
cidunt: cum remiſſione & tertia die, Id  
docuit Hippocrates ad tex. (Philiscus, qui  
propè murum decumbebat) verificulo.  
(Tertio usque ad meridiem videbatur fa-  
etus ſine febre) (Quarto omnia exacerba-  
ta ſunt) ſexta mortuus, & modus mortis  
phreniticus ſpiritu magno raroque; & me-  
rito quia huius modi cohabitio, in ter-  
tia, & exacerbationes in quarta in phre-  
nitidem agrum præcipitant, ad tex. digna  
certe maiestate Hippocratis. (Tertia die  
cohabit, quarta verò exacerbantes, ma-  
lum;

lum: atque eiusmodi paroxysmi phrenitici sunt) & merito quia materia agitatio ne & calore turgens, nec amplius natura dominata contenta, in multas partes vel debiles, vel vicinas erupere & si possit sanguis vero & suapte natura in caput refluxit, quodue etiā vniuerso corpori patet venis amplis multisque cerebro ergo affectio, quid expectas nisi delirium: prout in agro nostro limita tamen, nisi natura suis vīa viribus excretionē aliqua, aut abscessu sese exoneret. Et si enim causa morbifica ita aliquando deiicit natūram, ut labefactet integritatem operum non solum manifesta, sed insigni lassione & oppressione, in qua natura variè afficiatur trahatque in opposita iudicia medicum, dum per momenta quādam vniuersas vires colligit, & facto agmine adoritur morbus. Ex quo dubius euentus medico proponitur. Inter conandum tamen vincere potest pro, vt in agro nostro, & facit tex. ( Dolores ad hypochondria in febre agro quidem impotente sermonis citra sudorem soluti malum. His in coxas dolores transiunt) hucusque tex. Casus est in morbo satis fallaci & malitioso, quia morbus cum hypochondriorum dolor e, qui malitiosus, ad tex. ex Prorrheto, hic, relictis hypochondrijs, ad cerebrum commigrauit, quia impotens sermonis factus est æger. Natura in tanto discrimine suis vīa viribus, per momenta quādam viribus collectis adorta est morbus, at mala ægri fortuna, quæ propter conatum robusta apparebat, in certamine concidens, succubauit. Quia non sudauit æger, tu dic nulla excretio mota est ( singulari enim positio vniuersale intelligit Hippocrates) At non propter hoc est territa natura, & si debilis sed quasi desperata ( liceat mihi metaphora vti) collectis iterum viribus paucis, quasi copijs, & pugnam iterum redintegrat, & propter extreum conatum vincit. ( Quia his in coxas dolores transiunt) depulsa ibi materia. Tantum potest & si parua manus, at strenuorum & desperatorum militum ut ingentes militum copias profligarit aliquando Hinc discat infortunati ludera & esse fortunæ, iacturas, quæ modo deprimere res bellicas, modo ex tollere soler. Nullam iacturā vnuicam esse solere. tunc sperandum maximum est, cum plures acciderint, fortunæ, que in hanc partem suas vites aliquantum exercuerit, quod mox in aliam conuertatur, quia letatur illa rerum volabilitate. Sed ad nos, sciatis quod sicut excretiones aliquando ab intempestiis & incipientes,

& evadunt in tempestiuas, ad tex. ( In Abdere Periclem) in quo fluxus languinis & mictus copiosus, qui morbum minuerunt, fuerunt ante concoctionem, tamen sudor qui finiuit, post concoctionem fuit, multus & calidus, per totum diem. Sic potest incipere prædicta excretio ab aliquo die il laudabili, ut in sexta, in casu nostro, antevertens ob magnitudinem & celeritatem, & cumulari postea in diebus laudabilibus, prout in agro nostro, in quo cumulata septima & nona. Difficilis ergo casus est & valde malitiosus inter spem dubijsimam, & certissimum metum, Quotiescumque morbi tertia die cohibiti, & quarta exacerbantur, Ac melioribus omnibus, nam spes aliqua nec dum certa ostenditur, quia cum pendeant, a copioso & irrequieto humore hic facile dissilit, & ad cerebrum euolat quod vniuerso corpori pater, vnde infelix æger in phrenitidem precipitatur & in maximo vite discrimine ponitur, limita tamen nisi ad prædiām quartā diei exacerbationem, quinta, sexta, septima malum ingrauescat; & deteriora edantur signa, nam tunc casus est omnino despatus, & irremediabilis ad tex. ( Silenus, qui apud Platamonem) huic quarta dies pessima, ( Quinto deiectiones meræ, biliosæ, leues valde pingues) deiectio omni conditione pessima, erat mera & syncera, & omne merum & syncerum prauum est, quia omnis mictionis expers & symptomatica vel partis alicuius labefactata, ut hepatis, ventriculi, lienis: vel febris ardentis, cuius incendio absumitur serum quo pacto nunquam critica esse potest, cum moderati calor & concoquentis nullam notam referat, sed feruidi & ignei, ut merito has excretiones meriores vituperet Hippocrates in Prognostico, ponatque in mortali bus biliosas deiectiones, leuitas & pinguedo & spumosa, ut in prima die. Hæc colliquantem febrem aut pestilensem, aut quæ ad tabem perducat, denunciat, & causam malignam ab inflammatione interna, aut erysipelate cum infirmitate hepaticæ facultatis. Hæc ergo mala sunt cause magnitudine, perenni generatione, existitu, & retentione. Exeuntia enim augent incendium, tantum abest, ut extinguant: anætidinem cum fastidio pariunt, ac sedem & intestina, exulcerant. Retenta vero acerbissimos dolores pariunt. ( Sexto circa caput parum sudauit. Extrema frigida, liuida: magna iactatio. Ex ventre nihil exhibat vrinæ suppressæ sunt.) sudor ille omni conditione pessimus, primo quia motus in sexta die satis impia, in qua præua,

ua, pessima sunt ob diei naturam, secundo quia paucus, & paucitas est vnum ex signis, quod ex toto prauitatem habet, Tertio circa caput eius imbecillitatem indicat. Extrema frigida liuida demonstrabant nihil esse demittendum eorum quae ad funera, sunt necessaria, ut alibi diximus. Alii suppressio, & vrina facultates mortuis indicabant. Septima fuit sine voce, conclusa mus, vnde decimo obiisse atatis robore, eusq; progressum.

Ad allegata de rigore dicendum, quod non est verum à rigore incipere esse pro prium & intermittentium, sed quibusdam etiam continuorum accidere, ijs primo quæ à causis pro catarcticis incipiunt: velut hæc incipit. Secundo ob excrementa per corporis habitum (vt in lassitudine) effusis, ut & vlerosæ lassitudines rigores afferre consueverūt, Tertiò corrupti aliquibus succis in ventriculi ore ob prauum victum. Sed & quarto malitiosarum febrium hoc est. Malitiosa enim qualitas rigorem intempestiuum, ut alium quemcunque abscessum, facere potest. Ad intellectum tex. in Thalo Pythioneum. Merito hæc, et si continua, à rigore incipit, quia utrumque habuit, & esse malitiosam, & à causa externa incipere, & hæc breuiter de ista Decisione.

### S V M M A R I V M .

- 1 Bellius quid postulat.
- 2 Nequid nimis sapientissimum dictum rebus bellicis accomodatur.
- 3 Medicum ius quid postulat.
- 4 Nequid nimis rebus medicis accommodatur.
- 5 Aphonia aliquando incidit cum quadam in soporem inclinatione.
- 6 Aphonia est terrible symptomatum audi.
- 7 Aphonia breui definens non multum verenda.
- 8 Aphonia aliquando ob venarum interceptionem fit.
- 9 Sanguinis effectus non adio pernitiosus.
- 10 Aphonia potest fieri repente, cessare, & redire.
- 11 Aphonia aliquando initium quoddam apoplexia quæ ad aliquot annos discoperitur, & homo moritur, & n. 14. & n. 21.
- 12 Vertigo magna initium quoddam apoplexia.
- 13 Apoplexia magna quæ signa sint.
- 14 Vocis interceptiones initia quædam apoplexia.
- 15 Intellectus adeptus est felix.

- 16 Ex, Aphonia homines aliquando sunt macilenti.
- 17 Vocis interceptiones frequentes cum quadam in soporem inclinatione tabidus quid prænuntiant.
- 18 Cacochymna in corpore latitans, est multum periculosa.
- 19 Cacochymna malitia, & pertinacia colliguntur ex relapsibus exemplificatur in febre, & absque febre.
- 20 Repetitio eiusdem symptomatis quid arguat.
- 21 Aphonia aliquando est via ad apoplexiā, & quonodo cognoscatur.
- 22 Aphonia aliquando est via ad tabidum, & quomodo cognoscitur.
- 23 Vocis interceptiones pulmonibus afficit.
- 24 Vocis interceptiones ex precipiti virium adspiciuntur ob absque febre.
- 25 Vocis interceptiones ex precipiti deflu-
- 26 Ex Aphonia quadam in repente mortui qui adam praefocati, quidae suppressedo sputo interficiuntur.
- 27 Aphonia cum inclinatione in soporem, macilentiā prænuntiat, cum limitatio-
- 28 Aphonia repetitio causam stabilem ar-
- 29 Convulsio, quando innoxia in febre.

**A R G U M E N T U M**

Aphonia, seu vocis interceptions cum quadam in sopore in inclinatione, Tabidem quamdam prænuntiat, & inde mortem.

### D E C I S I O . L V I I I .

P rofecto ita postulat ius belli, ut infra loca, & parum apta defensionibus, ac repellendis conatibus hostium, super imperitiam defensorum obstinatrum conetur cursum potentissimorum exercituum retardare, dent pennis sua temeritatis, & tanquam à rapidissimo flumine calamitatibus inuoluantur; ut turpisimum est contrà defensoribus munitissimorum oppidorum, & in quibus salus & spes, ac propè vis tota regnorum sita est, propter timiditatem suorum Principum salutem, dignitatemque prodere, cum illud sapientissimum prudentissimum quæ antiquorum dictum, (Ne quid nimis) rebus etiam bellicis accomodari possit. In altera foro, scilicet remedica, infirma loca, & parum apta defensionibus, ac repellendis conatibus hostis morbi sunt partes

partes extimae corporis, per ea quæ dixerunt Doctores ad tex. 25. sexto Aphorisi. Si ergo morbo malitioso, à materia tumacristum copiosa cum viscerum incendio coniuncta prædicta loca occupante, per imperitiam medicorum defensorum obstinatorum concenatur cursum prædicti potentissimi exercitus retardare ac repellere frigidis ac humidis, utendo, infelices a gri dent pœnas temeritatis, & tanquam a rapidissimo flumine calamitatibus involuantur. Nam refluens, quod non recipitur, intro recurrit, sèpius quidem in caput transfertur, & phrenitidem aliaque grauissima symptomata inuenit, ut in Critone, Comment. 3. in primo Epidem. (Hippocrate curante) Interdum in partes capite inferiores rapitur, ad eundem tex. & ad tex. ex Prognostico. Turpissimum est contrà defensoribus medicis munitissimum oppidorum, & in quibus salus ac spes ac propè vis tota agrorum sita est. (Sunt autem supradicta oppida, & arces, in quibus vis tota posita est, tres facultates) ad intellectum tex. (Prædeabilitarum desipientia pessima) ex Prorrheto, vbi Doctores, (Triplici arce) in quibus vis vita posita est, & tota uis hominum, eorumque salus propter timiditatem earum dignitatem prodere, quia una, aut altera capta, desperatio vita est, ad eundem tex. Cum illud prudentissimum antiquorum dictu.

4 (Nequid tñ nimis) rebus medicis etiam bellissimè accomodetur. Et prout melius in hac Decisione.

Illustris. & Excellentissimus D. Ioannes d'Aragona Dux Terræ nouæ solitus erat 5 subito in currere in aphoniam, cum tñ quadam in soporem inclinatione, quæ affectio facile constebat, & cùm sape id mali, & ad multum tempus, perpessus fuisse, convenientibus auxilijs periculum subterfugiisse videbatur. Quod non miru, quia prædicta aphonía, seu vocis interceptione & si 6 perniciosum tñ symptomat, ad intellectum tex. 62. ex 4 de Acutis, breui tempore cele- 7 riterque abibat: & sic non multum verenda facit tex. (Conuulsio in febre facta siquidem eodem die conquiescit, bonum) conuulsionem in febre fieri damnat Hippocrates ad tex. vulgatos. Generalis tamè conclusio, omnibusque casibus communis, ut quanto celerius abscent, tanto minus mala sint. Bona enim firma esse conuenit: infirma verò & fugacia mala: Praua enim signa, qua causam stabilem non habent, breui desinunt, & per translationem humoris a nobiliori parte ad ignobiliorum, aut per motionem criticam se liberant

agrum affectu grauiore: Inter hæc conuulsio, quæ in motu est, nec diu perseverat, interdum oritur non incremente morbi militia, sed natura executiente è partibus nobilibus, quod molestem est, ut in paroxysmo epilepsie perspicere quilibet potest. Etsi enim magnitudine cause, partis affectæ præstantia, doloris asperitate ex violento motu, & interceptione facultatis in thorace grauissimum symptomat, aliquando tamen iuuat tum motu ipso, tum humoris translatione è venis in musculosum genus, & inde in partes inferiores, aut eiusdem excretione per vomitum, sudorem & similia. Ad doctrinam glosæ ad tex. primum ex 5. Aphoris. vbi refert adolescentem liberatum febre & conuulsione mota ab orificijs ventriculi mortu post aruginosæ bilis vomitionem, & in Pythione quoque profuit oris contorsio translatis humoribus ad inferiora: Et ad tex. 26. scribitur paraplegiam & capitis collique dolorem conuulsio motu solui, comment. 3. Prior. Prorr. Etenim cùm in eo morbo partes neruoso motu priuentur, per conuulsionem incitantur ad motionem naturali vehementiore, indequè liberantur humoribus, qui in neruis obstructionem faciunt. Nec ab simili ratione docet Hippocrates rigore quartana epilepsiam solui ad sextum Epidem. & morbum morbo, & morbum symptomate, aut symptomate, alibi. Sic ergo conuulsio quæ est in motu, & à repletione, soluit febrem translata è venis materia in neruoso, & soluit febre, quæ humores frigidos calefacit, & lentos attenuat, ac discutit, ad tex. ex Aphoris. Nam conuulsioni febrem accedere satius est, quam febri conuulsionem, quæ accedens quanto celerius abit, tanto minus mala quia non à causa fixa, & stabili, ortum dicit. Siède prædicta aphonía, seu vocis interceptione dicendum, quæ cum celeriter abiret, & non excederet horæ spatium non videbatur pertimescenda. Ex hoc enim temporis interuallo, causam firmatam non esse colligimus. Secundo, quia videbatur casus positus ab Hippocrate ad tex. 23. (Fieri aliquem repente sine voce) ob venarum tñ interceptionem ob sanguinis multitudinem, denegato motu vitalis spiritus, cum faciei rubore, oculorum constantia, manuum porrectione, dentium stridore, refrigeratione extremerū, quam vena sectio soluit, ex quarto de Acutis, quod malum apoplexiā quandam interpretatur Iacotius ad eundem tex. Et affectus sanguinei tñ non adeo perniciosi, ad intellectum tex. (At rubrum valde & flo-

ridum luteam habens subsidentiam) quia morbi à sanguine minus pernitosi, & facit tex. ex Epidem. & de Humoribus. (impedimentum cruenta spuentibus) Sed melius videbatur habere locum tex. 83. (Androthali, aphoniam, & ignorantia delirium) ex septimo Epidem. quia si huic, predicta aphoniam repente, tale quid passus est predictus. Excellentissimus Dux, si in predicto Androthale, cessabat; & superuiuebat homo multis annis non ita tamen sanus, ut non rediret aliquando similis passio, in predicto Duce cessabat predicta vox cisis interceptio; & superuiuebat, non ita tamen sanus, ut non rediret sexpissime similis passio, his statribus, putabamus huius modi aphoniam in supradicto. Principe initium & quoddam apoplexia esse, adiutumque ad ipsam apoplexiā, qui tandem discooperiri debebat, ad aliquot annos, & mori. sic enim predictus Androthales, cū vixisset aliquot annos hoc modo, tandem hyeme decubuit, & intra dies, aut tres dies mortuus est, factus (arbitror) aperie ac summe apoplecticus. Doctores ad eundem tex. Quamplurimos enim tentare solent passiones apoplectica, humore quoque repente irruente in cerebrum, quibus id malum non firmatur, neque sit in regre, sed velut inchoatur. Tale quoddam passus est predictus Dominus Dux repente, atq; quia apparatus non fuit adeo magnus, non fuit factus apoplecticus, sed processit lesio cerebri usque ad aphoniam eū predicta, in soporem, inclinatione. Cum ergo passio adeo esset exigua, ut ne leuis quidem apoplexia dici mereceretur, sed velut quoddam initium cessabat, & superuiuebat, & predicta recidua fiebant, (mantente interius eodem apparatu, qui a principio fecerat). Quem videbatur indicare lingua semper secca, & aliquando adeo secca, ut nisi collueretur, loqui non posset, & sepe amara, & ventriculi dolor, qui aliquando incidebat. Ampliatus, nos solum expectari apoplexiā, ex predicta aphoniam sed etiam ex magna vertigine, & derelinquo ea, que dixerunt Doctores ad tex. allegatum 23. ex predicto de Acutis, & afferro tex. satis dignum. (Quibus capititis dolor, sonitus aurium sine febre, tenebrosa vertigo, & vocis tarditas, manuumque torpor, hos vel apoplecticos, vel epilepticos, vel denique obliuiosos fore expecta. hucusque tex. Domini, ne miremini, diuinum senem apposuisse syndromē tot symptomatum ad denunciandam apoplexiā quia sufficit predicta tenebrosa vertigo, que dicitur parua epilepsia, & apo-

plexia prænuntia est, in predicto tex. magna describit apoplexiā, & nō men-  
tissem, t. Magnitudo affectus, eiusque  
vehementia deprehēditur ex eo, quod plu-  
res partes simul affecta sint; hic caput, an-  
res, ventriculi, cerebri, & oculi affecti sunt.  
Quia manuum corporis, seu stupor adfectus  
materie diffusionē in partes nervosas pen-  
det, vocis tarditas, hoc eandem diffusio-  
nem prauī humoris significat, in vocalia  
instrumenta, & exostum spinalis medullæ,  
iuria cum nervos, qui vocem in articulos  
conformant, & linguam mouent, mades-  
cit, lingua tarditatem aut paralysim aut  
balbutiem, ut in ebris accersit. Cum vero  
in musculos thoracis præsertim inter costales decubuit, aut nervum recurrentem  
diluit, vocis tarditas existit, impedito ab  
humiditate spiritus animalis exitu, & fa-  
cultate oppressa, quemotus thoracis, &  
ex sufflationis causa est. Auriculum tonitus  
humorum multum denuntiat, ex quo fla-  
tuolus spiritus connotetur a calore, ne-  
que incessante, neque victo, qui exitu pro-  
hibetur, unde illus humoris agitatio, &  
perturbatio significatur. Is autem spiritus  
flavulentus, si nō solum in aurium meatus  
dispergitur, sed etiam ob humoris copiam  
per anteriores cerebti ventriculos circu-  
luit, vna quoque spiritum animalem  
inordinate moveat, ex quo vertigo, in qua  
videtur caput circummagi. Si vero simili-  
crassis quidam humor, aut spiritus in oculos  
invaserit, ac per purissimos illorum  
humores suffusus fuerit, Tenebrosa ver-  
tigo dicitur. Ex partibus ergo pluribus af-  
fectis cognoscitur malitia affectus, & di-  
xit glosa ad texum 25. Coment. 3. Prior, &  
Pror. & de his loquitur Hippocrat. ad alle-  
gatum tex. illosque expectandos: Dicit steti  
in opinione ista quod: ex predictis vocis  
14 & interceptionibus, quasi quibusdam apo-  
plexia initij, apoplexiā expectandam  
cile, in predicto Eccl. mīs. Duce, ad pre-  
dictum tex. 83. (Androthali) At non satia-  
bar, nec intellectus erat voti compos-  
15 (adeptus & enim solet esse fēlix) unde  
multum eram perplexus in hac re, obser-  
vans vero predictum Duce in dies ma-  
16 ciliamentum & fieri, ludicabam alium exitum  
habituras illas aphonias, & quia diuinissimus  
Hippocrates nihil admirandi, nihil  
quæ rari in medicina omisit, inueni tandem  
tex. maiestatē certe ipsius dignum, (Fre-  
quentes vocis intetceptiones cum quadā  
17 in soporem & inclinatione coeuntes pre-  
nunciant tabidum quid) ex Coacis, & sic  
predicti; non apoplexiā expectandam:  
sed velut quamdam tabem, in hoc habe-  
tres.

tres testes inter quos erat unus optimus illustrissimus quondam d. Petrus Aragona eius meritissimus frater & Domus splendor & ornamentum qui aquipollebat inservit bonis. Habeo Doctorem don lucium Denti in patrimonio reali maximorum meritorum Judicem; & V. S. D. Leonardi moraglia: Iuuenē bona expectationis. Sic fata volvēt, qā annis elapsis quatuor à prædictione, mēte isto Iauarij 1624. viiā finiuit religiosissimè, sed adeo liquefactus, & macilens, vt plus mors picta carnem haberet, quam dictus Princeps, Huic succedit in principatum Illustrissimus & Excellentissimus DD. Didacus eius frater Vir p̄t̄clarus magna prudentia, memoria singularis, literarum patronus omnibusque Excellentibus ac Regijs artibus & virtutibus ornatus & Informatus. Nunc Clavis aurea apud potentissimum Philippum quartum, & equitum leuis armatura in Regno Neapol. Generalissimus præfetus, quem oculi mei ad altiora, a censorum videre sperant.

